2° J Publ germ 130-2

ADAMI CORTREJI
CORPORIS JURIS PUBLICI SACRI ROMANI IMPERII GERMANICI
TOMUS SECUNDUS

SISTENS

TRANSACTIONEM PASSAVIENSEM,

Den

Paſſauer Vertrag/

DE ANNO MDLII.

CUM OBSERVATIS
HISTORICO-POLITICO-JURIDICIS

EX ACTIS PUBLICIS ET STATUUM QUORUNDAM IMPERII ARCHIVIS ADORNATAM,

A

NEMINE HACTENUS EVOLUTAM.

FRANCOFURTI AD MOENUM

EX OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

ANNO MDCCVII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

I. N. D. N. I. C.

Præloquium Autoris.

De neceſſitate commentationis ad Transactionem Paſſavienſem, utpote Fundamentum Pacis Religioſæ, & Lege Imperii Fundamentali, deque Editionibus Ejus.

CONSPECTUS.

(1) SOla Transactio Paſſavienſis, quoad Textum, inter Leges Sacri Imperii Fundamentales ſine obſervatis Virorum Clariſſimorum hactenus relicta. (2) Aſt Pacis Religioſæ Fundamentum ac Norma. (3) Micrælio dicitur Palladium Germaniæ ſaluberrimum. (4) Transactio Paſſavienſis non tantum de Religione, ſed & aliis cauſſis, ex quibus bellum Germanicum ſub Imperio Karoli V. conflatum, agit. (5) Bodinus Transactionem Paſſavienſem Fœderis nomine indigitans ex ipſo textu refellitur. (6) Dilingenſes Transactioni huic vim Pragmaticæ Sanctionis denegantes, ex Declaratione Ferdinandi Regis ac Statuum Imperii, Transactioni annexâ refelluntur. (7) Recenſentur Autores Tenorem Transactionis exhibentes. (8) Juſtinus Goeblerus vernaculum in Idioma Latinum transtulit. (9) Autor Germanæ Latinam aſſociat.

Tenor Præloquii Autoris.

(1) *QVum cæteræ Leges Imperii Fundamentales, pleræque omnes, Virorum Clariſſimorum, Obſervationibus veſtitæ ſint, mirari profectò ſuccurrit, quamobrem ſola Transactio Paſſavienſis nuda relicta, adeò ut Ioh. Limnæus,* Juris Publici Doctor præcipuus, Lib. I. Cap. XIII.. num. 16, *inter Leges Imperii Fundamentales mentionem Ejus vix pauciſſimis verbis faciat, & quoad Tenorem Ejus, ad Goldaſti conſtitutiones Imperii Germanicas provocet; Alii autem, qui Iuris publici curam ſuſceperunt, digito tantum hanc Transactionem tangunt. Equidem Fridericus Hortlederus,* Conſiliarius Saxo-Vinarienſis *Tenori Transactionis paucis lineis quædam ſubjunxit, quæ ad intellectum Ejus inſervire queant. Summam Ejus refert Iuſt. Sinold. Schutz* in Not. ad Theſ. IX. Exercitat. IV. Volum. II. Collegii Juris Publici, pag. 185. Edit. Francofurt. MDCLXXVII. *Equidem Henningus VVitte* in Diario Biographico ad Annum MDCLIX. D. XXIX. Martii *meminit, Gothofredum Suevum, Anteceſſorem VVittebergenſem, de Transactione Paſſavienſi conſcripſiſſe Tractatum: Aſt præter omnem adhibitam Diligentiam acquirere Eum mihi non licuit. nec in ipſa Academia VVittebergenſi de hoc ſcripto quicquam conſtat. Adductus fortaſſis fuit Dominus VVitte, quod Petrus Suevus Diſſertationibus ſuis de Pace Religioſa Appendicem Transactionis Paſſavienſis de Religione & Iuſtitia, deque Iuribus Statuum Proteſtantium circa illam aſſociaverit, illudque in Rubro Diſſertationum iſtarum indicaverit.*

(2) *Sanè Pacis Religioſæ Anno* CIƆIƆLV. *in Comitiis Auguſtanis ſequutæ, Fundamentum eſt hæc Transactio, ceu ex Noſtratibus diſertè profitetur Iuſt. Sinold. Schuz* in dict. Colleg. Jur. Public. de Stat. Rei Roman. Volum. II. Exercitation. IV. Theſ. pag. 185. *Ex Pontificiis verò hoc aſſerunt* JCti *Dilingenſes* Tractat. de Compoſition. Pacis cap. VI. Quæſt. XL. num. 83. pag. 183. *ubi Transactionem Paſſavienſem normam Pacis Religioſæ exhibere aſſerunt, quæ ſi conferantur, eundem modum diſpoſi-*

tionis, mutuæ conventionis & pœnæ adjectionis habeat: Iung. cap. V. Quæſtion. XXV. num. 20. pag. 107. Quamvis autem ea quæ in Transactione Paſſavienſi Articul. Was dann folgends / usque ad Articul. So viel aber die Vergleichung derer Stimmen XI. de Religione continentur in Pace Religioſa. Articul. Setzen demnach I. & Articul. Und damit ſolcher Friede II. ad verbum fere repetantur, adeoque Viri Eruditi atque Clariſſimi, qui Pacem Religioſam illuſtrarunt, ea quoque in obſervatis ſuis ad Pacem illam enucleent, quæ in Transactione Paſſavienſi exhibentur, nemo tamen illorum textui transactionis Paſſavienſis hæc adplicuit.

(3) Nec de cauſſa Religionis ſolum tractatur in transactione Paſſavienſi, ſed & de aliis Rerum argumentis, ex quibus Bellum Germanicum ſub Imperio Karoli V. enixum. Digniſſimum ergo Transactionis Paſſavienſis Argumentum judicavi, quod aſſumatur amuſſim, & quoad Præmium, ac omnes Ejus Articulos ex genuinis principiis repetatur.

(4) Iure equidem merito Iohannes Micrælius transactionem, ſeu pacificationem, Paſſavienſem nominat palladium Germaniæ ſaluberrimum, ſyntagm. Hiſt. Eccleſ. Libr. III. ſect. II. §. 29. pag. 693. Edition. Lipſienſ. 1679. quippe quod in ea, prima Pacis Religioſæ principia radicata ſint;

(5) Transactionem hanc Fœderis nomine indigitat Iohann. Bodinus Libr. V. de Republ. Cap. VI. num. 716. pag. 964. in princip. Edit. Francofurtenſ. MDXCIV. Aſt ulteriori diſcuſſione opus non eſt, quam in textu verbis diſſertiſſimis appelletur, Vergleichung / Vertrag / Friedſtand. Articul. Solches alles und jedes / XXX. & Articul. Und Wir Chur-Fürſt zu Sachſen / XXXIV. Tribuitur ei Character Capitulationis in verbis: Solche beſtimte Capitulation, in allen und jeden Ihren Puncten und Articuln gutwillig angenommen / auch zu halten und zu vollenziehen zugeſaget.

(6) Denegant equidem Dilingenſes Transactioni, & Pacificationi huic, perinde ac Paci Religioni naturam ſanctionis Pragmaticæ & conſtitutionis Imperialis, & ſolam vim Fœderis & Transactionis ei tribuunt. Id quod multis evincere laborant dict. Tractat. de Compoſition. Pac. cap. IV. Quæſt. XXV. num. 14. usque ad num. 26. pag. 105. uſque ad pag. 112. Aſt, quoad Transactionem Paſſavienſem ipſos ſatis refellit ejus appendix, Articul. III. §. Und ſoll auch ubi cavetur, Transactionem hanc inſtar ſanctionis practicæ eſſe obſervandam, & mandatur Cameræ Imperiali, ſub homagio Imperio præſtito ut partibus implorantibus ſine diſcrimine Religionis, juxta hanc conſtitutionem Ius reddat & juſtitiam adminiſtret. Ibi: Und ſoll auch alles das / ſo mehrgemeldten Friedenſtand zu wider ſeyn / oder verſtandẽ werden möchte / demſelben nichts benehmen / derogiren / noch abbrechen / und derohalben von Käyſer- und König. Maj. auch Chur-Fürſten / Fürſten und Ständen / reſpective gnugſame und nothdürfftige Verſicherung / inner- und auſſerhalb des Vertrages / beſchehen: Auch dem Käyſerlichen Cammer-Gericht und Beyſitzern obbemeldeter Friedenſtand zu erkennen geben / und bey ihren Pflichten befohlen werden / ſich demſelben Friedeſtand gemäß zu halten und zu erzeigen: auch den anruffenden Partheyen darauff / ungeacht welcher Religion die ſeyn / gebührliche und nothdürfftige Hülff des Rechtens / mitzutheilen / Ex hoc ipſo corruit opinio Philippi Andreæ Oldenburgeri in Notit. Imper. part. II. Diſcurſ. II. Theſ. V. pag. 12. cum Hippolito à Lapide exiſtimantis pacis Religioſæ Fundamentum non ex hac Transactione ſed ex Receſſu Comitiorum Auguſtanorum de anno MDLV. devocandum; Manſiſſe enim hanc Transactionem intra Terminos privatæ alicujus compoſitionis inter Belligerantes utrinque partes. Hoc ſi eſſet, Cameræ Imperiali executionem Transactionis in cauſſis Religionis ad cognitionem & deciſionem ad ipſam deferendis, Imperator & ſtatus Imperii haut demandâſſent. Quoad Pacem verò Religioſam ſatis ipſos refellunt Capitulationes Cæſareæ, in quibus conſtitutiones de pace illa diſertis verbis inter Leges Imperii Fundamentales collocantur & ad Earum obſervantiam Imperator adſtringitur, ceu apparet ex capitulatione Imperatoris FERDINANDI I. triennio poſt pacem Religioſam Anno MDLIX. conditâ, Artic. Wir ſollen und wollen auch II. Repetuntur in capitulatione Imperatoris RUDOLPHI II. de Anno MDLXXV. Artic. Wir ſollen und wollen auch II. Id quod poſtea in omnibus Capitulationibus Imperatorum ſeculi decimi XVI. & XVII. renovatum, veluti MATHIÆ Artic. II. Regis FERDINANDI II. eodem Artic. II. Imperatoris FERDINANDI III. Artic. II. & Regis Romanorum FERDINANDI IV. Artic. II. Repetita hæc ſunt in Capitulatione moderni Imperatoris Sacratiſſimi LEOPOLDI I. Glorioſiſſimæ Recordationis Artic. II. III. & in Capitulatione moderni Sacratiſſimi Imperatoris JOSEPHI I. Artic. II. Imo pacificatio Oſnabrugenſis Transactioni Paſſavienſi æquè ac eam inſequutæ Paci Religioſæ tribuit vim Legis Imperii Fundamentalis ſancte & inviolabiliter cuſtodiendæ, Artic. V. §. Transactio I. Vt adeò extra Dubitationis aleam hodiè poſitum ſit, pacem religioſam, Ejusque Baſin, Transactionem Paſſavienſem inter ſanctiones Imperii Fundamentales publicas coruſcare.

(7) Tenorem ejus integrum referunt lingua vernacula, in qua conſcripta eſt, Fridericus Hortleder Tractat. de Cauſſ. Belli Germanic. Tom.

Tom. II. Lib. V. Cap. XIV. fol. 1317. usque ad fol. 1325. Edition. Gothan. MDCXIV. *Chriſtoph Lehmann.* Act. Publ. de Pac. Relig. Libr. I. cap. I. pag. 1. usque ad pag. 13. *Melchior Goldaſtus ab Haimensfeld*, in denen Teutſchen Reichsſatzungen / part. II. fol. 257. Edit. Francofurtenſ. MDCVIII. *Et inſtatutis ac Reſcriptis Imperatoribus* Tom. I. fol. 182. circ. fin. uſque ad fol. 191. Edition. Francofurtenſ. MDCVII. *JConſulti* Dilingenſes in Appendice Tractat. de compoſition. Pac. pag. 1. usque ad pag. 15. *VVahremund ab Ehrenberg* Meditat. pro Fœderib. Libr. II. pag. 221. usque ad pag. 261. Edit. Francof. 1609. *Noviſſime Liber Baro Iohann Fridericus de Andler Conſiliarius Cæſareo Aulicus dum erat longè ſplendidisſimus ſua memoria* in corpore Conſtitutionum Imperialium Lit. P. *in voc.* Paſſauiſcher Vertrag / fol. 1003. usque ad fol. 1011. Edition. Ratisbonenſ. MDCLXXV. *Intexta quoque eſt hæc Tranſactio Receſsibus Imperii* in Editione Moguntinenſi recenti de Anno MDCXCII. à fol. 535. usque ad fol. 543. *ſeorſim edidit tenorem Zacharias Sturtz* Anteceſſor Roſtochienſis Anno MDCXXVIII. *Cujus tamen prælectiones, quas inſcriptio indigitat, Lucem nunquam adſpexerunt, nec Pax religionis, prout rubrum indicat, integra, ſed mutilatim modo adducitur.*

(8) *Ex vernacula in idioma Latinum hanc tranſactionem trajecit Juſtinus Goeblerus, JCtus, cujus Exemplum exhibet Melchior Goldaſtus ab Haimensfeld* Tom. I. Conſtitutionum Imperialium Latinorum fol. 566. Edition. Francofurtens. ad Moen. MDCLXXIII. *& ex eo tranſtulit JCtus, æternæ Memoriæ Dominus Johann Schilter*, in elegantem librum ſingularem de Pace Religioſa, ſub Rubr. Tranſactio de Pace publica facta Pataviæ Noricorum: altera die Menſis Auguſti MDLII. Edition. Argentoratenſ. pag. 126. usque ad 157.

(9) *Nos vernaculæ Latinam aſſociabimus.*

Idioma Latinum, in quod trajectum eſt Tranſactio Paſſavienſis.

I.

NOs FERDINANDUS Dei gratia Romanor. Rex, ſemper Auguſtus; Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ, &c. Rex, Infans Hiſpaniæ, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabandiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniæ, Lucimburgi, Limburgi, Geldriæ, ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Princeps Sueviæ; Marchio Sacri Romani Imperii, Burgaviæ, Moraviæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ; Princeps Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis, Phirti, Kiburgi, Corciæ, &c. Comes Palatinus Burgundiæ, Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæ, Namurci & Zutphaniæ; Landgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Vandalicæ, Portenaiæ & Salinarum, fatemur; Quum aliquoties jam antea nobis innotuiſſet in Germaniæ Sacri Imperii Natione hinc inde multifariam commoveri ad Bellum ac arma, palamque tumultuari, ac id quidem præcipuè Generoſi PHILIPPI Haſſorum Landgravii &c. cuſtodiæ detentionisque cauſſa ingenita nobis cupiditate, deſiderio, fide, amore atque promtitudine erga Sacrum Imperium omnesque & ſingulos ejus Status ac Membra, inprimis vero ad communis Reipublicæ ſalutem, Pacem, Tranquillitatem & concordiam conſervandam provehendamque & Chriſtiani ſanguinis effuſiones, inſontium excidia, Patriæ devaſtationes evitandas ac prohibendas promptè ac meritò volentesque adducti, Rom. Imperii Majeſtatem, dilectum fratrem & Dn. noſtrum amanter juxta atque ſuppliciter requiſivimus ac interpellavimus, ut Nobis ad dicti Land-

Idioma vernaculum, in quo conſcripta eſt: Tranſactio Paſſavienſis.

I.

WIr FERDINAND, von GOttes Gnade/ erwehlten Römiſchen Königs / Mehrer des Reichs zu allen Zeiten / in Germanien / Hungarn / Böheim / Dalmatien / Croatien / Sclavonien König; Infant in Hiſpanien / Ertz-Hertzog zu Oeſterreich / Herzog zu Burgund / Braband / Steyer / Kändten / Crain / Lützelburg / Limburg / Geldern / in Ober- und Nieder Schleſien / Fürſt in Schwaben / Marggraff des Heil. Römiſchen Reichs zu Burgau / Mähren / in Ober- und Nieder Laußnitz / Gefürſteter Graff zu Habſpurg / Flandern / zu Tyrol / Phert / Kyburg / Görtz / Pfaltz-Graff zu Burgund / zu Hennegau / Holland / Seeland / Namur und Zutphen; Landgraff im Elſaß / Herr der Windiſchen Marck / zu Portenau und Salins / bekennen / als Uns hiervor zeitlich in mehr Wege angelanget / welcher maſſen ſich im Heil. Reich Teutſcher Nation / hin und wieder allerhand Kriegs-Gewerb / Rüſtung und Empörung erzeigen / und auß der Hochgebohrnen Philippen / Landgraffen zu Heſſen 2c. Cuſtodien und Verhafftung ihre fürnehmſte Urſach ſchöpffen / und nehmen ſolte / haben Wir auß angebohrner Begierde / Treu / Liebe und Neigung / ſo Wir zum Heil. Reich / auch allen und jeden deſſelben Ständen und Gliedern / und ſonderlich zu Erhaltung und Befö derung gemeiner Wolfart / Ruhe / Friedens und Einigkeit / auch zu Abſtellung und Verhütung Chriſtliches Blutvergieſſens / Verderben der unſchuldigen und Verheerung des Vatterlandes billig und willig tragen / die Römiſche Käyſerliche Majeſtät / unſern lieben Brudern und Herrn / brüderlich / freundlich und bittlich erſucht / uns bemeldtes Landgraffen Erledigung und anderer anhängigen Sachen halben / ſo zu Krieg und Empörung Urſach geben möchten / gütlicher Handlung zu gönnen / und zu geſtatten / ſolches auch von Ihrer Liebden und Käyſerlichen Majeſtät brü-

gravii liberationem, aliorumque appendentium controverſiarum, ad Bella tumultusque occaſionem præbentium, derivationem, amicam tractationem indulgere, concedereque dignaretur, quod ita Nos quidem & amice ab ipſa Cæſarea Majeſtate & fraterne impetravimus & conſequuti ſumus. Quo factum eſt, ut, unà cum illuſtriſſimo Principe, Domino MAXIMILIANO, Rege Bohemiæ, &c. dilecto noſtro Filio, & Illuſtriſſimo MAURITIO, Duce Saxoniæ, &c. Cognato, & ALBERTO, Duce Bavariæ, Genero, Electoribus, Principibus, ad proximum Paſcha, in Civitate noſtra Linſenſi conveniremus, de rebus hiſce benignè atque confidenter colloquentes, variis deliberationibus & tractatibus inter Nos habitis, ac diligenter omnibus perpenſis neceſſarium, operæque precium fore exiſtimavimus, aliam convocationem huc Pataviam (gen Paſſau) ad XXVI. Maji proximam indicere & præſtituere, ſimiliter & hos Electores ac Principes ceu nobiſcum Interceſſores & Compoſitores harum amicè tranſigendarum rerum cauſſa litteris noſtris evocavimus & acceſſivimus, talibus, divina Clementia, Gravaminibus, litibus atque diſcordiis, quibus fieri poteſt, viis, modisque obviaturi, ac denique finem impoſituri. Proinde Nos, & infra memorati Principes, Elector Saxoniæ, &c. huc ad dictam diem, cum cœterorum Electorum & Principum Legatis, pervenimus, videlicet, ArchiEpiſcopi Moguntinenſis Nomine Daniel Brendel de Honburg, Majoris Ædis Canonicus Moguntiæ, Chriſtophorus Matthias, Jurium Licentiatus, Cancellarius, & Petrus Echterus, ArchiEpiſcopi autem Colonienſis Nomine Henricus Salisburgenſis, & Franciſcus Burchardus, ambo Doctores. ArchiEpiſcopi Trevirenſis, Nomine, Johannes de Petra, Primas inter ArchiDiaconos Trevericos, Philippus Baro in Winnenberg & Beylſtein, Ditionis Trevericæ, Aulæque Magiſter, & Felix Hornung Doctor, Cancellarius. Palatini vero Friderici Nomine, Ludovicus Comes à Stolberg, Königſtein, & Rutſchefort, Joh. à Dinheim, Præfectus in Creucenach, Melchior Drechſel Doctor, & Joh. Koting, Joachimi Marchionis Nomine, Adam Trotte, Mariſchalcus, Chriſtophorus Stratius, Timotheus Jung, & Lambertus Diſtelmeyer, Doctores. Item Reverendi & Generoſi, Erneſtus ArchiEpiſcopus Salisburgenſis &c. Mauritius Echſtetenſis, & Wolffgangus Patavienſis Epiſcopi, Albertus quoque Palatinus Rheni, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ, in perſona. Item Epiſcopi Herbipolenſis Nomine Henricus Comes à Caſtel Canonicus, & Hans Zobel. Joh. Marchionis Brandenburgenſis Nomine Adrianus Albinus Doctor, & Bartholus à Mandelslo. Henrici Junioris Ducis Brunſuicenſis Nomine, Vitus Grummer. Wilhelmi Ducis Juliacenſis Nomine, Wilhelmus Ketler, Wilhelmus à Hevvenhoff, appellatus Ley, Magiſter Curiæ, Theodoricus à Schepſted, & Carolus Horſtus, Doctores, Philippi Pomeraniæ Nomine, Jacobus Zitzevvitz, Dr. & Cancel. Et Chriſtophori Ducis Würtemb. Nomine Joh. Theodoricus à Plenningen, ſuperior

derlich erlanget. Darauff dann Wir/ ſamt dem Durchleuchtigſten Fürſten/ Herrn MAXIMILIANO, König zu Böhmen ꝛc. Unſerm freundlichen lieben Sohne/ und die hochgebohrnen Moritz/ Hertzog zu Sachſen/ und Albrecht/ Hertzog zu Beyern/ Unſer lieber Oheim/ Chur-Fürſt und Söhne/ zu nechſt verſchienen Oſter-Feſt/ in unſere Stadt Lintz zuſammen kommen/ und hierüber freundlich und vertraulich unterredet/ und nach allerhand verloffener Rathſchlagung/ Unterhandlung/ auch fleiſſiger Bewegung dieſer hochwichtigen Sachen/ bey Uns und Ihren Liebden für nütz und nothwendig angeſehen und bedacht/ eine andere forderſahme zuſammenkunfft/ benantlich auff den 26. May/ nechſt hierher gen Paſſau fürzunehmen und zu ſtellen/ deßgleichen hiernach beſtimmte Chur-Fürſten/ und Fürſten/ als Mit-Unterhändler/ auch hierzu zu beſchreiben/ ſo mit und neben Uns/ ſich ferner gütlicher Handlung unterfahen/ und vermittelſt Göttlicher Gnaden den fürgefallenen Beſchwerungen/ Irrungen und Gebrechen gäntzlich und endlich abhelffen möchten. Demnach haben Wir/ und bemeldter Chur-Fürſt zu Sachſen ꝛc. Uns/ auff obbeſtimmte Zeit allhier verfügt/ und ſeyn der andern fünff Chur-Fürſten/ hienach bemeldte Geſandten/ nemlich von des Ertz-Biſchoffs zu Maintz/ Daniel Brendel von Homburg/ Thumherr daſelbſt/ Chriſtoph Matthias der Rechten Licentiat Cantzler/ und Peter Echter. Von des Ertz-Biſchoffs zu Cölln/ Heinrich Saltzburg/ und Franciſcus Burckhard/ beyde Doctor. Von des Ertz-Biſchoffen zu Trier/ Johann von der Layen/ Oberſter ArchiDiacon daſelbſt/ Philips Freyherr zu Winneberg/ und Beilſtein Land-Hoffmeiſter/ und Felix Hornung Doctor/ Cantzler. Von Pfaltzgraff Friderichs/ Ludwig/ Graff zu Stollberg/ Königſtein und Rutſchefert Johann von Duchheim/ Amtmann zu Creutzenach/ Melchior Drechſel Doctor, und Johann Kötnick. Von Marggraff Joachims wegen/ Adam Trotte Marſchall/ Chriſtoph von der Straſſe/ Timotheus Jung/ und Lambertus Diſtelmeyer/ alle drey Doctor, auch die Ehrwürdigen hochgebohrnen/ Ernſt Ertz-Biſchoff zu Saltzburg ꝛc. Mauritz zu Eichſtadt/ und Wolffgang zu Paſſau/ Biſchoffen und Albrecht Pfaltzgraff beym Rhein/ Hertzog in Ober- und Nieder Beyern/ perſönlich/ und dann von des Biſchoffes zu Würtzburg/ Heinrich Graff zu Caſtel/ Thumherr daſelbſt/ und Hans Zobel. Von Johanſen Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. Adrian Albin Dr. Cantzler/ Andreas Zech Dr. und Barthel von Mandesleu. Von Heinrich des Jüngern Hertzogen zu Braunſchweig/ Veit Grimmer. Von Wilhelm Hertzogen zu Jülich/ Wilhelm Kettler/ Wilhelm vom Neyenhoff/ genannt Ley/ Hoffmeiſter/ Dieterich von Schlepſtadt/ und Carle Harſt/ Doctores. Von Philipſen zu Pommern/ Jacob Zitzewitz/ Doctor und Cantzler. Und von Chriſtophen Hertzogen zu Würtenberg wegen/ Hans Diederich von Pleningen/ Obervoigt zu Stutgarten/ Ludwig von Frauenberg/ Obervoigt zu Lauffen/ Hans Heinrich Hecklein/ und Caſpar Beer/ beyde Doctor/ auch bey uns allhier erſchienen. Mit welchen als neben uns fürgenommen/ und beſchriebenen Unterhändlern/ wir die Sachen für die Hand genommen/ auch Anfangs von bemeldten Chur-

perior Advocatus in Stutgarten, Ludovicus à Frauenberg, Advocatus ſuperior in Lauffen. Johannes Henricus Hecklin, & Caſpar Behem, ambo Doctores, hîc coram Nobis comparentes, Quibus, quum vocatis Transactoribus rem cœpimus tractandam; Ac initio dicti Electoris Saxonici, ſuorumque conjunctorum Poſtulata & Gravamina, duobus ſpecialibus ſcriptis complexa, accepimus, eaque ſumma diligentia fideque perpendentes, quoad amicè componi, & ingruentis Belli diſcrimina, Pace, Tranquillitate, & concordia firmata, in Sacro Teutonicæ Nationis Imperio averti poſſent. Atque ſic tandem, poſt multam longamq; tum ſcripto tum verbo rerum tractationem, agitatam, ſequentia media, punctaque ad Cæſ. Maj. Beneplacitum ac Electoris Saxonici, ſuorumque Confœderatorum aſſenſum ac ratificationem relata ſunt, deque iisdem unanimiter tandem in hunc qui ſequitur modum conventum eſt atque concluſum.

ChurFürſten zu Sachſen Sr. Liebden und derſelben miteinigungs Verwandten/ beg hren/ und Beſchwerungen/ in zweyen unterſchiedlichen Schrifften empfangen/ und folgends mit hohem Fleiß erwegen/ und den Sachen zum getreulichſten nachgedacht wie die zu gütlicher Vergleichung gebracht/ und die fürſtehend hochſchädliche Kriegs-Empörung abgeſtellt/ ſonder beſtändiger Friede/ Ruhe und Einigkeit/ im Heiligen Reich Teutſcher Nation/ wieder auffgerichtet/ und erhalten werden möchte/ und alſo letzlich/ nach viel und lang gepflogener ſchrifftlichen und mündlichen Unterhandlung hiernach folgende Mittel Puncten und Articul/ auff der Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät Wohlgefallen/ auch des ChurFürſten zu Sachſen halben/ auf Sr. Liebden Miteinigungs-Verwandten Bewilligung und Ratification endlich abgeredet/ bedingt und verglichen.

I. Elector Saxonicus, ſuique Belli Conſortes Principes ac Status hanc compoſitionem amplectentes à cœptis ſumtisque armis prorſus deſiſtant, ſuosque paratos & conſcriptos milites, ad undecimum, duodecimumve diem Auguſti Menſis proximum undiquaque dimittant, diſſipent, atque diſcurrere, vel Nobis Regi FERDINANDO ad petitionem ſtipemque Noſtram adjungi vel admoveri ſinant, dentque omnibus modis operam, in quantum fieri poteſt ne quid injuriæ, damnive dolo malo Cæſareæ Majeſtati, Nobis, aut cæteris Sac. Imperii Electoribus, Principibus, Statibus, & Civitatibus illorum diſcurſu, fuſioneque inferatur, quin ita potius diſperſi Cæſareæ Majeſt. ſacroque Imperio obſequentes ſe gerant permaneantque, remiſſis illorum ſtatuum, civitatum aliorumque juramentis, quos hactenus oppugnarunt & obſiderunt, aut ſibi aliqua Adhæſione & Confœderatione ſubdiderunt, idq; vigore transſcripti jam hoc in loco Patentium Litterarum Exemplaris, remiſſionem illam conteſtantium, quemadmodum & earundem, & hujus Edicti virtute à ſuis Juramentis protinus liberantur & abſolvuntur.

1. Soll der ChurFürſt zu Sachſen und Seiner Liebden Mitverwandte Kriegs-Fürſten und Stände/ ſo dieſen Vertrag annehmen/ von allem ihrem thätlichen fürnehmen und gegenwärtigen Kriegsübungen gäntzlich abſtehen/ und ihr beſamlet Kriegs-Volck auff den eilfften oder zwölfften Auguſti ſchierſt/ allenthalben urlauben/ zertrennen und verlauffen/ oder uns/ König Ferdinanden/ auff unſer Begehren und Beſoldung erfolgen laſſen/ auch nach aller Müglichkeit/ und daß darinn keine Gefährlichkeit geſpüret werde/ darob ſeyn/ und verfügen/ daß ihr Kriegsvolck ohne fernere Beſchädigung der Käyſerlichen Majeſtät und Unſerer/ auch ChurFürſten/ Fürſten/ Ständen/ und Städten des Heil. Reichs ihren Abzug nehmen und getrennet werden/ und alſo ſich der Römiſch-Käyſerlichen Majeſtät und des Heil. Reichs gehorſame verhalten/ und darinn bleiben/ auch die Stände/ Städte und andere die ſie biß anhero überzogen und belägert/ oder ſonſt ihnen beypflichtig gemacht/ derſelben ihrer Pflicht/ Anhangs und Bündnüß/ durch ein offen Patent allhier begriffener Copey gleich lautend/ ledig zehlen/ wie Sie dann auch auff ſolch Patent, und in Krafft dieſes Vertrags/ derſelben ledig ſeyn ſoll.

II. Interea quoque temporis Philippus Heſſorum Landgravius ſancitam Halæ in Saxonia capitulationem, exceptis jam antea reſolutis Articulis, puncto de Caſſella loquente, ratam de novo habere, ac irrefragabiliter obſervare debet, adeoque detentionem ſuam & cuſtodiam haud quaquam vindicare, quinimo Cæſareæ Majeſtati, Sacroque Imperio ſeſe Principem, per dies vitæ ſuæ, obſequentem exhibere & ad omnia iſta Cæſarea Majeſtati, formula decenti hoc loco præſcripta, ſufficienter aſtringere, efficereque tandem, ut idem à Filiis ditioneque ſua, nova Litterarum obligatione præſtitâ ſervetur ac teneatur. Simili modo uterque Electorum Saxonicus & Brandenburgenſis, Dux item Wolffgangus Palatinus, &c. obligationes quisque ſuas, jam pridem factas, modo renovent, easque ſcriptas cautiones, ad ſextum Auguſti diem, Illuſtrisſimæ Principi Dominæ Mariæ, Hungariæ

II. Es ſoll auch Landgraff Philips zu Heſſen/ mitlerweile/ die zu Halle in Sachſen auffgerichtete Capitulation, auſſerhalb derjenigen Articul/ ſo hievor ſchon verrichtet und vollzogen/ auch auſſerhalb des Puncten/ Caſſel belangende/ von neuem ratificiren, und unverbrüchlich halten/ auch ſeine erfolgte Verhafftung und Auffhaltung/ nicht ahnden/ eiffern oder rächen/ ſondern gegen die Käyſerliche Majeſtät Uns und das Reich/ als ein gehorſamer Fürſt/ ſich die Tage ſeines Lebens erzeigen/ und ſich des alles gegen die Kayſerl. Majeſtät in gebürender und allhier begriffener Form gnugſam obligiren, und verſchreiben/ ſolches auch bey ſeinen Söhnen und Landſchafften gleichfals zu halten/ und ſich von neuem zu verſchreiben/ endlich verfügen und verſchaffen. Deßgleichen beyde ChurFürſten/ Sachſen und Brandenburg/ auch Hertzog Wolffgang Pfaltz-Graff ꝛc. ihre vorgegebene Obligationes, gleicher Weiß auch wieder erneuern/ und obbeſtimmte Verſchreibungen auff den ſechſten Auguſti ſchierſt/ der Durchleuchtigen Fürſtin/ Frau Maria zu Hungarn und Boheim Königin/ Wittib/

riæ & Bohemiæ Reginæ, Viduæ, dilectæ Sorori Noſtræ, Ejusve Præſidenti apud Mechliniam tradantur. Econtra memoratus Landgravius cuſtodia ſua penitus liberetur, &, ad dictum Auguſti diem undecimum vel duodecimum, Rheinfelſium tutò certoque, extra periculum, ſiſtetur liber. Jam & ipſa Cæſarea Majeſtas copias ſuas diverſis in locis in hos ſtatus conſcriptas, hanc compoſitionem acceptantes, haud quaquam producat, aut etiam fundendi ſeu dimittendi mora moleve ulla gravetur.

III. Cœptam quoque Caſſellæ munitionem Imperatoria Majeſtas Landgravio clementer perficere concedet.

IV. Similiter Naſſovienſium, durante cuſtodia, promulgatarum ſententiarum executio differatur ac ſuſpendatur, donec Liberato Landgravio amica inter partes tractatio inſtitui, agique poſſit. Caſu autem quo minus ea amicabilis progrederetur Tractatio, Landgravio tamen, quoad æquum eſt, Teſtimonia, Litterarum Documenta, aliaque neceſſaria, quæ Advocatorum, hujusque defectu, duranteve cuſtodia, proferri nequibant de cœtero exhibeantur ac producantur. Et ita tunc quidem Electores Hi, quos cauſa hæc non contingit, Ipſimet, ſeu Conſiliarii Eorum atque adhuc alii Sex, minime Partiales Imperii Principes, ex quibus ambæ partes quindenos Cæſareæ Majeſtati, intra Menſem, poſteaquam Landgravius fuerit liberatus, nominatim indicent atque proponant. Ex quibus ambarum partium nuncupatis Majeſtas Cæſarea tres Principes deligat; Inter autem ſex Illos ad minus tres ſint Seculares in Perſona propria, aut etiam ad idem Deputati Conſiliarii, tanquam Cæſareani Commiſſarii, Gravamina illa & Exceptiones contra prædictas Latas Sententias & Executionem debito modo, ac, ut decet, recognoſcant atque revideant, ecquid Acta, tempore cuſtodiæ Landgravii, exhibita rurſus aſſumenda, ſententiæ quoque Latæ & Proceſſus ſuper ejusmodi propoſitis & adhuc dum proponendis Gravaminibus, Exceptionibusque differendi ac ſuſpendendi ſint nec ne, cognoſcant, & quid Juris ſit, promulgeant. Atque hæc quidem amica tractatio & deciſio ad ſummum, intra biennium poſt concluſionem, & datum Compoſitionis hujus certò expediatur ac exequatur. Cæteris verò punctis & Articulis omnibus inter memoratos Electorem Principem Saxoniæ, & Wilhelmum Landgravium Haſſiæ propoſitis tamdiu, quousque reliqua communiter propoſita Gravamina expediantur, dilatis atque ſuſpenſis.

V. Adminiſtrator item ordinis Teutonici, atque Dux Henricus Brunſuicenſis, aliique Landgravium præteriti (Smalkaldenſis Belli cauſa) impetentes, aut porrò impetituri ceſſent quoque & quieſcant, donec prædicta gravamina reſolvantur. Etiam nova ſuperius memorata Gravamina, quæ durante Landgravii cuſtodia, in Judicio Imperiali, aliasve adverſus Eum præſumta fuere, ſimul, cum eorum Exceptionibus, ab Electoribus & Principibus harum controverſiarum Interceſſoribus proximo Comitio uti decet recognoſcantur revideanturque, ac idem Landgravius prout neceſſe eſt, audiatur: In iisdem quoque quod æquum & juſtum eſt decernatur, neque interea tamen in Cameræ Imperialis Judicio procedatur.

VI. Unum

tib/ unſer freundlichen lieben Schweſter/ oder derſelben Præſidenten zu Mecheln überantwortet werden. Dargegen ſoll gedachter Landgraff ſeiner cuſtodien gäntzlich entlediget/ und auff obgeſetzten eilfften oder zwölfften Tag Auguſti gegen Rheinfels / ohne Ent-Geld auff freyen Fuß in ſeine ſichere Gewarſam geſtelt werden / darneben ſoll auch Kayſerliche Majeſtät ihr Kriegsvolck/ was des wider die Stände an mancherley Orten verſamlet / wider jetztgemeldte Stände ſo dieſen Vertrag annehmen / in keinem Weg gebrauchen/ noch auff demſelben liegen laſſen.

III. Es ſoll auch die Käyſerliche Majeſtät den Landgraffen bey fürgenommener Befeſtigung zu Caſſel / gnädiglich bleiben laſſen.

IV. Deßgleichen mit der Execution, der in währender cuſtodien geſprochenen Naſſauiſchen Urtheilen/ allenthalben ſtill geſtanden werden / biß nach Erledigung des Landgraffen/ güttliche Handlung / zwiſchen den Partheyen fürgenommen und gepflogen werden möge/ und im Fall da die Gütligkeit entſtünde/ daß dem Landgraffen ſo viel ſich gebühret zugelaſſen werde/ was von Zeugen/ brieffliche Urkunden/ und anderer Nothdurfft/ bißher auß Mangel der Advocaten, oder in währender Cuſtodien nicht eingebracht / nachmals einzubringen / und alsdann durch die Chur-Fürſten/ ſo viel dieſen Sachen anverwand / ſelbſt / oder ihre Räthe/ und dann durch noch ſechs unpartheyiſche Fürſten des Reichs deren jede Parthey fünffe der Käyſerlichen Majeſtät innerhalb eines Monaths / nach des Landgraffen Erledigung benennen und fürſchlagen / und Ihre Kayſerliche Majeſtät auß jedes Theils benandten drey Fürſten erwehlen / und unter den Sechſen / zum wenigſten drey Weltliche ſeyn / die in eigener Perſon / oder auch Ihre darzu verordnete Räthe / als Kayſerliche Commiſſarien, die wider obberührte geſprochene Urtheil und Execution angezogene Gravamina und Exceptionen gebührlich erſehen. Und ob die Handlungen / welche die Zeit der Landgraff in der Cuſtodia geweſen / für und eingebracht / reaſſumirt, die ergangene Urtheil und Proceſs, auch dieſelben eingebrachte Gravamina und Exceptionen, und die noch fürzuwenden ſuſpendiret werden ſolten / erkennt werde/ was recht ſey / daß auch ſolche gütliche Handlung und Erkäntniß innerhalb zweyen Jahren auffs längſte nach Beſchluß und dato dieſes Vertrages / gewißlich verricht und vollnzogen. Aber alle andere Puncten und Articuln / von gemeldten Chur-Fürſten zu Sachſen / und Wilhelm Landgraffen zu Heſſen wegen / angezogen und fürkommmen / biß zu Erledigung der andern übergebenen gemeinen Beſchwerungen / eingeſtellet / und verſchoben werden.

V. Deßgleichen der Adminiſtrator Teutſch-Ordens/ auch Hertzog Heinrich zu Braunſchweig/ und andere / ſo den Landgraffen des vergangenen Schmalkaldiſchen Kriegs halben / in Anſpruch genommen / oder noch zu haben vermeinen / darmit auch biß zur Erledigung der obvermeldten Beſchwerungen ſtille ſtehen. Auch die angezogene Gravamina, ſo in des Landgraffen währender Cuſtodia am Kayſerlichen Cammer-Gericht / oder ſonſt wider Ihn fürgenommen ſeyn möchten / ſammt derſelben Exceptionen, durch die Chur- und Fürſten / ſo dieſer Sachen Unterhändler geweſen / auff nechſten Reichs-Tag gebührlich erſehen / und gedachter Landgraff darin nothdürfftiglich gehöret / auch darüber was billig und Recht erkannt / und mitlerzeit am Kayſerlichen Cammer-Gericht ſtille geſtanden werden ſolte.

VI. Was

VI. Unum atq; alios ſequentes Articulos quod concernit, ab Electore Saxoniæ, ſuisq; conjunctis in hac Pacificatione propoſitis, & quidem primo de Religione, de Pace, & Juſtitia, Maj. Cæſ. ſponſionem Gratioſam nuper ad Oppidum Linſium factam, ex tunc dato reſponſo fideliter præſtabit, & ut intra dimidii anni ſpatium Comitia habeantur, in quibus dein qua via, quibusque modis, nimirum ſeu Generali, ſeu Nationali Concilio, aut Colloquio, vel communi etiam Imperii conventu Religionis diſcordiæ commodè atque compendio ſopiantur, hæque ad Unionem chriſtianam redigantur atque ejusmodi conciliatio Religionis ab omnibus Sacri Imperii ſtatibus, mediante Majeſtatis ſuæ ordinaria ope, præſidioque pertractetur. Initio autem Comitiorum ad præparationem Concordiæ delectus placidarum prudentumque Perſonarum conſtituatur, utriusque Religionis æquali numero cum Mandato deliberandi, quibus modis ejusmodi conciliatio atque Concordia inſtitui commodè poſſet, absque Electorum Principum præjudicio tamen hujus delectus ergo.

VII. Et quidem interea temporis nec Cæſarea Majeſtas, neque Nos, ac Electores, Principes, & Sac. Imperii Status quempiam ex Auguſtanæ Confeſſionis Statibus, propter Religionem, vi factove, aut aliàs contra ejus conſcientiam ac voluntatem cogere, aut ea de cauſſa vi Bellove petere vel invadere, vel oppugnare aliquem, Eive damnum aliquod inferre, ſive per Mandata, ſive alio quovis modo Ipſum gravare vel etiam contemnere, feremus, ſed ſuæ Religioni Fideique quietè & pacificè ſtare, cadereque ſinentes.

VIII. Ob hoc quoque Bellum Status omnes Auguſtanæ Confeſſionis cæteros ſacri Imperii Status antiquæ Religionis Eccleſiaſticos & Seculares; Similiter Religionis ſuæ Ceremoniarum, Conſtitutionum, Rerum immobilium & mobilium Ditionum, ſubditorum, Redituum, Cenſuum, Superioritatum, & Jurisdictionum cauſsâ, non gravent ſed pacificè tranquilleque illis uti fruique ſinant, nec vi factove, ſeu aliàs malignè contra eos quicquam præſumant; Verum enimvero juxta Noſtras & ſacri Imperii Ordinationes, Conſtitutiones, Edicta, Decreta, Receſſus factæ Pacis ſinguli erga ſingulos ordinario jure Juſtitiaque contenti ſint, ſub proxime renovatæ Pacificationis pœna. Quicquid vero in Comitiis illis à communibus ſtatibus una cum Cæſareæ Majeſtatis ordinario præſidio concludetur ac ſtatuetur, in poſterum quidem & rectè & firmiter ſervetur, neque in contrarium, aliave via diverſum agatur.

IX. Omne autem quod dictis Induciis adverſatur, adverſarive cenſetur, in nihilo deroget illis, aut quicquam imminuet, idque à Cæſarea Majeſtate, Nobis item, & Electoribus Principibus, & ſtatibus reſpectivè, ſufficienter, in quantum fuerit neceſſe, vigore hujus compoſitionis ſeu transactionis cautum, confirmatumque ſit: Prætor quoque Cameræ Judicii & Aſſeſſores de iisdem Induciis certificentur, mediisque eorum Juramentis, eisdem pareant & obſequantur: Im-

VI. Was dann folgends die andere Articul / ſo bey dieſer Friedens-Handlung / von den Chur-Fürſten zu Sachſen und ſeinen Mitverwandten angeregt / als erſtlich Religion- Fried und Recht betrifft / ſelb die Kayſerliche Majeſtät dem gnädigen Erbieten / ſo jüngſt zu Lintz von Ihrer Majeſtät wegen / nach Inhalt der dazumahl gegebenen Antwort beſchehen / getreulich nachſetzen / auch innerhalb eines halben Jahres einen gemeinen Reichs-Tag halten / darauff nachmahls auff was Wege / als nemlich / eines general- oder national-Concilii oder Colloquii, oder gemeiner Reichs-Verſammlung / dem Zwieſpalt der Religion abzuhelffen / und dieſelbe zur Chriſtlichen Vergleichung zu bringen / gehandelt / und alſo ſolche Einigkeit der Religion / durch alle Stände des Heiligen Reichs / ſamt ihrer Majeſtät ordentlichen Zuthun / ſoll befördert werden. Er ſoll auch zu Vorbereitung ſolcher Vergleichung / bald Anfangs ſolches Reichs-Tags ein Außſchuß von etlichen ſchiedlichen verſtändigen Perſonen / beyderſeits und Religionen / in gleicher Anzahl geordnet werden / mit Befehl zu berathſchlagen / welcher maſſen ſolche Vergleichung am füglichſten möchte fürgenommen werden / doch den Chur-Fürſten ſonſt des Außſchuſſes halben an Ihrer Hochheit unvorgreifflich.

VII. Und mitlerzeit weder die Käyſerliche Majeſtät / wie auch Chur-Fürſten / Fürſten / und Stände des Heiligen Reichs / keinen Standt der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandt / der Religion halben mit der That gewaltiger Weiſe / oder in andere Wege / wider ſeine Conſcientz und Willen dringen / oder derhalben überziehen / beſchädigen / durch Mandat, oder einiger Geſtalt beſchweren / oder verachten / ſondern bey ſolcher ſeiner Religion und Glauben / rühmlich und friedlich bleiben laſſen.

VIII. Es ſollen auch die jetzigen Kriegsübung / auch alle Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandte / die andern des Heiligen Reichs Stände / ſo der alten Religion anhängig / geiſtlich oder weltlich / gleicher Geſtalt ihrer Religion, Kirchen-Gebräuche Ordnung und Ceremonien, auch ihrer Haab / Gütern / liegend und fahrend / Banden / Leuten / Renthen / Zinß / Gülten / Ober- und Gerechtigkeit halber / unbeſchwert / und derſelben friedlich und ruhiglich gebrauchen / und genieſen laſſen / auch mit der That oder ſonſt in gutem / gegen denſelben nichts fürnehmen / ſondern in alle Wege nach Laut und Außweiſung unſerer und des heiligen Reichs Rechten / Ordnungen / Abſcheid und auffgerichteten Landfrieden / jeder ſich gegen den andern / an gebührenden ordentlichen Rechten / alles bey Vermeidung der Pön / in jüngſt- verneuertem Landfrieden begriffen / begnügen laſſen. Was dann auff ſolchen Reichs-Tag / durch gemeine Stände / ſamt Ihrer Majeſtät ordentlichen zuthun / beſchloſſen und verabſcheidet / daß ſoll hernach alſo ſtracks und feſtiglich gehalten / auch darwider mit der That oder in andere Wege mit nichts gehandelt werden.

IX. Und ſoll auch alles das / ſo mehrgemeldten Friedenſtand zuwider ſeyn / oder verſtanden werden möchte / demſelbigen nichts benehmen / derogiren, noch abbrechen und ſolches alſo von der Kayſerlichen Majeſtät und Uns / auch Chur-Furſten / Fürſten / und Ständen / reſpectivè gnugſam und Nothdürfftig / in Krafft dieſes Vertrags verſichert ſeyn / auch dem Kayſerlichen Cammer-Gericht und Beyſitzern / obgemeldter Friedenſtand zu erkennen gegeben / und bey Ihren Pflichten befohlen werden / demſelben Frieden-ſtand

Implorantibus etiam Partibus, non attento eo, cujusnam ſint Religionis, neceſſarias & legitimas ferant ſuppetias; Formulam quoque cumprimis Jurisjurandi DEUM & Sanctos, aut, DEUM & Sancta Evangelia, Confeſſoribus, aliisque perſonis & Partibus deinceps liberam permittendo.

X. In ſuffragiis quoque dandis rogandisque æqualitas ſervetur, æquum jus Partibus, nec iniquum reddendo & conſervando.

XI. Similiter & in præſentandis Aſſeſſoribus, aliisque Pacis & Juſtitiæ Articulis hac Tractatione placuit; Si quod operæ precium ac deliberatione dignum in Dicaſterii Cameræ conſtitutione apparuerit, quandoquidem Eadem Conſtitutio communi Statuum aſſenſu, comitioque Imperii ſancita eſt, non etiam niſi per Cæſaream Majeſtatem Statusque communes, Rebus ita ferentibus, ordinaria via, utpote Viſitationibus aliisque mediis mutari tollique poſſe. In qua re Nos, Electorum Legati, comparentes, Principes & abſentium Nuncii recipimus Nos, ac conſentimus omnem diligentia, operamque præſtituros, ne qua partium, in Religionis negotio ſuffragiorum, imparitate ſibi præ cæteris metuat, Partialitate remota. Auguſtanæ quoque confeſſionis conſortes à Cæſareo Cameræ Judicio non excludantur, aliaque gravamina, ſi quæ comperiantur, ex æquitate removeantur, & hæc quidem omnia proximis Comitiis explicentur. Cæterùm & hoc Nos, unà cum Electorum Legatis comparentibus Principibus & abſentium Nunciis apud Cæſaream Majeſtatem, amanter, reverenterque cum Reverentia petivimus, uti ejus Majeſtas Puncta illa, plus neceſſaria, inter quæ & Articuli Præſentationis, & ne Auguſtanæ Confeſſionis conjuncti à Judicio Cameræ, ut ſupra dictum eſt, excludantur, continentur, ex plenitudine Majeſtatis ſuæ Cæſareæ, ad provehendam, retinendamque Pacem & Concordiam in Imperio, quantocius fieri poſſet, reſolvere dignaretur.

XII. Quod ad Gravamina quæ germanicæ Nationis Libertati contraria irrepſiſſe, ne dicam irruiſſe, videntur, inter Electoris Saxonici Articulos alio quoque ſcripto comprehenſa attinet; Volebamus quidem una cum Electoribus, Legatis, Principibus præſentibus, & abſentium Nunciis promti paratique ac minime gravati, illos ipſos, appendicesque ſuos ſingulatim protinus & ſpecificè, pro amicabili compoſitione tractanda, ſuſcepiſſe, niſi intellexiſſemus à Cæſareæ Majeſtatis ad hanc Tractationem Lectis deſtinatisque Conſiliariis, Ipſius Majeſtatem talium Gravaminum hactenus, bona ex parte, inſcium eſſe atque ignarum, quamobrem de iis Mandata dare Conſiliariis nequiviſſe: Ad hæc, ea ipſa Gravamina tanta, tamque varia eſſe & prolixa; Econtrà verò tempus hoc per exiguum indictæ diei, ut ipſi Electori quoque Saxonico, ſuisque Conjunctis, donec hæ res omnes, quemadmodum neceſſitas poſtulat, explicentur, Copias ſuas alendo, immodicos ſumtus atque impendia non ſolum pariet, verum etiam Superioritatibus hinc inde, miſe-

ſtand gemäß zu halten / und zu erzeigen / auch den anruffenden Partheyen darauff/ungeachtet/ welcher Religion die ſeyn / gebührliche nothdürfftige Hülffe des Rechtens mitzutheilen / auch ſonderlich die Form der Beſitzer/und anderer Perſonen/und Partheyen Eyds/ zu GOtt und den Heiligen / oder / zu GOtt und auff das heilige Evangelium zu ſchweren / denen / ſo ſchweren ſollen/ hinforthan frey gelaſſen werden.

X. So viel aber die Vergleichung derer Stimmen/auch gleich unpartheyiſch Recht zu erhalten.

XI. Deßgleichen Præſentation der Beyſitzer und andere Articul/ Friedens und Rechtens betrifft / iſt in dieſer Handlung bedacht worden / da etwas beſchwerliches oder bedenckliches ſich in der Cammer-Gerichts-Ordnung wolte ereugen / dieweil ſolch Ordnung mit gemeiner Stände Bewilligung / in gemeiner Reichs-Verſammlung auffgerichtet/ und beſchloſſen / daß die beſtändiglich nicht / dann wiederum durch die Kayſerliche Majeſtät/ und gemeine Stände/ ingemein/ oder aber ſo viel es die Gelegenheit erleiden mag den ordentlichen Weg der Viſitation / gemeldtes Cammer-Gerichts oder ſonſt/möge geändert und erlediget werden/ da dann wir / ſamt der Chur-Fürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten / und der Abweſenden Botſchafften/ erbietig und willig ſeyn / alle vermögliche Forderung zu erzeigen / damit die Religion-Sachen / kein Theil des überſtimmens für dem andern zu befahren/ auch Partheyligkeit verhütet / und die Verwandten der Augſpurgiſchen Confeſſion, am Kayſerl. Cammer-Gericht/ nicht außgeſchloſſen deßgleichen auch andere Beſchwerungen / wo einige befunden würden / der Billigkeit nach/ abgewendet / und diß alles auff nechſten Reichs-Tage abgehandelt werde. Es haben auch Wir / ſamt der Chur-Fürſten / Geſandten / erſcheinenden Fürſten / und der Abweſenden Botſchafften / bey der Kayſerlichen Majeſtät freundlich und unterthänig-lich angeſucht und gebethen / daß Ihre Kayſerliche Majeſtät die nothwendigſten Puncten / und darunter den Articul / die Præſentation belangend / und daß die Verwandten der Augſpurgiſchen Confeſſion, am Kayſerlichen Cammer-Gericht / wie oblaut / nicht außgeſchloſſen werden / aus Vollkommenheit Ihrer Kayſerlichen Majeſtät Gewalts / zu Beforderung und Erhaltung Friedens und Einigkeit im Reich / alsbald immer müglich erledigen wollen.

XII. Die angezogene Beſchwerdten / ſo der Teutſchen Nation Freyheiten zu wider / eingeriſſen ſeyn ſollen / in des Chur-Fürſten zu Sachſen übergebenen Articuln und Nebenſchrifft betreffend / wären Wir ſamt den Chur-Fürſten / Geſandten / erſcheinenden Fürſten / und der abweſenden Bottſchafften / gantz wohlgeneigt / und unbeſchwert geweſen darinnen / und was ferner derſelben anhängig ſeyn möchte / alsbald auch unterſchiedlich / gütliche Handlund fürzunehmen. Nachdem wir aber auff der Kayſerlichen Majeſtät zu dieſer Handlung abgefertigte Räthe bericht ſo viel vermercket / daß Ihre Kayſerliche Majeſtät ſolcher Beſchwerden biß anhero zu gutem Theil / gar kein wiſſen empfangen / und als die Räthe darauff nicht abfertigen mögen / zudem daß auch die Beſchwerdten ſo weitläufftig / groß und hochwichtig / aber die Zeit zu gegenwärtigem Tage angeſetzet / gantz kurtz / und den auch dem Chur-Fürſten zu Sachſen und ſeinen Mitverwandten / darzwiſchen / und biß den Sachen nach Nothdurfft abgeholffen / Ihr Kriegsvolck zu erhalten / nicht allein übermäſſigen Koſten gebähren / ſondern den Obrigkeiten hin und wieder / auch den armen Unterthanen

ih

miſerisque ſubditis graviſſimo maximoque damno ſit futura. Proinde hujuscemodi Gravaminum Reſolutionem ad proxima Comitia, aliumve Imperii Conventum, hac vice rejicientes, ſpe bona, ex Linſica conſenſione, per Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarios præbita ſuffulti, conſilium inituram eſſe, quò Sacri Imperii & Statuum publicis & privatis cauſis conſuletur, quum jam in eo tota Majeſtas ſua elaboret, ut & apud ſuam Majeſtatem Germanicus Senatus conſtituatur & Germanicæ res cauſæque per Germanos tractentur ac diſponantur, ita, ut omnibus placeat, omnibusque fiat ſatis. Quandoquidem Germanicæ Nationi ceu dilectæ ſuæ Patriæ, tam benè velit, ut haud quidem diminutam eam aut debilitatam, verum multò magis, quantum fieri poteſt, auctam amplificatam atque conſervatam cupiat, quæ quidem hoc tempore pollicitatio undiquaque cum gratiarum actione accepta eſt. Ne autem Elector Saxonicus, ſui adjuncti metuant hanc Tractationem ſponſam neglectum iri, aut poſthaberi, fine debito non deciſam, debemus Nos Filiusq; Noſter dilectus Maximilianus Rex, Electores quoq; Principes, & Status Sacri imperii in manus ſumere propoſita gravamina, atque Cæſareæ Majeſtati, ea offerre, eoque eniti atque conari promovendo, ut, quoad æquitatis fundamento inſiſtant, viſa quoque ut decet, Aurea Bulla, ac aliis Sacri Imperii Ordinationibus, Conſtitutionibus, veteribusque laudatis Germanicæ Nationis Conſuetudinibus omnia probè reſolvantur ac perficiantur. Reliqua verò ad Cæſaream Majeſtatem non propriè ſpectantia Gravamina, ſed à quibusdam Sacri Imperii ſtatibus & Membris privatim allata ſunt, aut quæ Ipſi inter ſeſe ſtatus diſceptant, de forma fortè ac modo communis Conſultationis Tractationisve, aut aliam ob rem quàm piam controverſiam, æqua & illa ut ſupra ponitur, Cæſareæ Majeſtatis, tanquam capitis, Eorum Conſilio Præſidioque proximi Comitii initio proponi vult atque abſolvi Gratioſa nimirum hac piaque Majeſtatis ſuæ pollicitatione, ut quæ ad ipſius Majeſtatem, in ſpecie proprieque faciunt, in iis ſic ſe tam Gratioſo Bonoque animo ac voluntate geſturum eſſe, ut communes perſpiciant Status, ſumma ejus Majeſtatem cupiditate controverſias omnes ut decet, velle atque expetere compoſitas, & Rempublicam, privato emolumento longè prælatam fore, cœteraque omnia ita ſuſcipi, inſtituique, ut omnibus Statibus ex æquo & bono quàm pleniſſime fiat ſatis.

XIII. Porro ad Articulum Regis Franciæ Oratorum veniendo, media quædam Puncta Pacis publicæ, conſtituendæ aliorumq; negotiorũ quorundam prætendentium, ita ſe habet, Ut quum, quæ publicæ ſunt Pacis in Germanica Natione, ſolummodò Imperatoriam Majeſtatem Nos, & Electores, Principes ac Status Sacri Imperii, neminemq; præterea concernant, & jam iſti Contentus harummet Rerum, utpote publicæ Pacis ſanciendæ, aliorumque Gravaminum amovendorum cauſſa, ſit inſtitutus, idcirco nulla jam alia Tractatione fore opus exiſtimatur. Atqui verò privata Regis Franciæ negotia quod ſpectat, Elector Saxonicus vigore Linſenſis Decreti ſeu Receſſus cum dicto Rege aut ſuis Oratoribus, ſi id nondum factum eſt, dein tractare poterit; Si

zu mercklichem Nachtheil und Schaden/ gelangen würde. Demnach ſoll die Erledigung angeregter Beſchwerungen auff den Reichs-Tag ſchierſt zu halten/ oder auff eine andere Verſammlung des Reichs dißmahl verlegt/ und eingeſtellet/ und die Lintziſche Bewilligung auch der Kayſerlichen Majeſtät Räthe allhier vertröſten/ nemlich daß der Käyſerlichen Majeſtät Hoff-Raht/ ſo des Heiligen Reichs und der Stände gemeine oder ſonderbare Sachen/ berathſchlagen und erledigen/ alſo ſtatlich mit Teutſchen Räthen beſetzt/ auch die Teutſchen Sachen/ durch Teutſche gehandelt werden/ daß darob männiglichen ein billiges Genügen/ tragen und haben/ daß auch Kayſerliche Majeſtät der Teutſchen Nation/ Ihres geliebten Vatterlandes/ wohl-hergebrachte Libertät und Freyheit nicht allein/ nicht zu ſchmälern oder zu ſchwächen/ ſondern auch nach Ihrem Vermögen zu erhalten/ zum höchſten geneigt ſey/ dieſer Zeit allenthalben/ zu Danck angenommen worden. Und damit der ChurFürſt zu Sachſen und ſeine Mitverwandten/ ſich nicht zu beſorgen/ daß dieſe Handlung erſitzen/ und nicht zu gebührlichem/ förderlichen Ende gelangen möchte/ ſo ſollen Wir/ auch obgedachter Unſer geliebter Sohn/ König Maximilian/ auch ChurFürſten/ Fürſten und Stände des Heil Reichs/ die angebrachte Beſchwerungen fürhanden nehmen Ih. Kayſerliche Majeſtät fürtragen/ und darauff befördern/ dieſelbigen/ ſo viel der Billigkeit nach gegründet befunden/ auch angeſehen/ wie ſich gebühret/ die güldene Bulla, die andere des Heiligen Reichs-Ordnungen/ und alte löbliche herkommen/ der Teutſchen Nation/ zu guter Erledigung zu bringen/ und dann auch die übrige Beſchwerungen/ ſo die Kayſerl. Majeſtät nicht betreffen/ ſondern durch ſonderbahre Stände und Glieder des Heiligen Reichs/ andern zugefüget werden oder was auch die Stände ſelbſt untereinander/ es belange dann die Form und Maaß gemeiner Berathſchlagungen und Handlungen oder anders/ haben möchten/ gleicher Geſtalt/ doch mit Ihrer Käyſerlichen Majeſtät als des Haupts Rath/ und Zuthun/ auch alſo wie oblaut/ zu Anfang des nechſtkünfftigen Reichs-Tages/ fürnehmen und erledigen/ und iſt die Kayſerliche Majeſtät des gnädigen milden Erbietens/ was Ihre Majeſtät ſelbſt inſonderheit betreffen mag/ ſich in denſelben auß gnädigem guten Willen/ dermaſſen zu erzeigen und zu halten/ daß gemeine Stände augenſcheinlich ſpüren ſollen/ daß Ihre Majeſtäten zum höchſten begehret/ alle Sachen nach der Gebühr zurichten/ auch den gemeinen Nutz/ Ihrem eigenen/ bey weitem vorzuſetzen/ und alle Sachen dergeſtalt fürzunehmen/ daß alle Stände ſich deſſelben der Billigkeit nach/ gantzwohl ſollen haben zu erſättigen.

De Controverſiis inter Henricum Juniorem Brunovicenſem, & Proceres atq; Patricios Civitatis Brunovicenſis per Commiſſarios Cæſareos ſopiendis, hac tamen lege, ut dictis Patriciis ante omnia Bona ablata reſtituantur, Deque Mandatis Cæſareis, ut ne Dux ſub pœna fractæ Pacis, Brunovicenſes in Bonis ac Fortunis, Sylvis præſertim turbet.

Artic. XXI.

De Gravaminibus Civitatis Goslarienſis æquè ac Brunovicenſis, contra Ducem Guelpherbytanum Henricum Juniorem per Commiſſarios Cæſareos cognoſcendis & componendis, Deque Mandatis ad Ducem & utramque Civitatem emittendis, ut ſub pœna Banni exauctorent exercitus conſcriptos, à factis illicitis abſtrahant, inque Commiſſariorum ſententia, prævia cauſſæ cognitione, acquieſcant, aut actiones viâ ordinaria, juxta Imperii Conſtitutiones finiant.

Artic. XXII.

De Obligatione Imperatoris Karoli Quinti Delegati, Ferdinandi *Regis Romanorum, Electorum ac Principum hactenus Belligerantium, ut & Electorum ac Principum Tranſactionis Paſſavienſis Interceſſorum ad eam ſanctè & intemeratè ſervandam, & conſilio atque auxilio contra omnes qui eam infringere præſumunt fortiter ſuſtinendâ, cum abdicatione & renunciatione omnium prætextuum ſive ex plenitudine Poteſtatis, ſive ex alia conventione, aut quovis alio obtentu pullaſcant.*

Artic. XXIII.

De Relaxatione Juramenti quo Electores ac Principes Interceſſores ac Mediatores Cæſari devincti, quoad effectum agendi & procedendi contra Eos, qui Tranſactioni Paſſavienſi contravenire tentant.

Artic. XXIV.

De Obſignatione Tranſactionis.

I. N. D. N. I. C.

De OCCASIONE TRANSACTIONIS PASSAVIENSIS

Prooemii §. I.

WIr FERDINAND, von GOttes Gnaden Römiſcher König ꝛc. bekennen ꝛc. als Uns hiervor zeitlich in mehr Wege angelanget/ welcher maſſen ſich im Heiligen Reich Teutſcher Nation, hin und wieder allerhand Kriegs-Gewerb/ Rüſtung und Empörung erzeigen/ und auß des Hochgebohrnen Philipſen Landgraffen zu Heſſen ꝛc. Cuſtodien und Verhafftung/ ihr fürnehmſte Urſach ſchöpffen und nehmen ſolte/ „haben Wir auß angebohrner Begierde/ Treue/ „Lieb und Neugung/ ſo Wir zum Heiligen Reich/ „auch allen und jeden deſſelben Ständen und Glie„dern/ und ſonderlich zu Erhaltung und Beförde„rung gemeiner Wohlfahrt/ Ruhe/ Friedens und „Einigkeit/ auch Abſtellung und Verhütung „Chriſtliches Blutvergieſſens/ Verderben der Un„ſchuldigen und Verheerung des Vatterlands bil„lig und willig tragen/ die Römiſche Kayſerliche

„Ma-

„Majeſtät Unſern lieben Brudern und Herrn/brü-
„derlich/ freundlich und bittlich erſuchet / Uns be-
„meldtes Landgraffens Erledigung und anderer
„anhängigen Sachen halben / ſo zu Krieg und
„Empörung Urſach geben möchten / gütlicher
„Handlung zu gönnen/und zu geſtatten / ſolches
auch von Ihro Liebden und Kayſerlichen Majeſtät
brüderlich erlangt / darauff dann Wir / ſamt dem
Durchleuchtigſten Fürſten / Herrn Maximiliano,
König zu Böheim / ꝛc. Unſern freundlichen lie-
ben Sohne / und die Hochbebohrnen Moritz Her-
tzog zu Sachſen/ꝛc. und Albrecht Hertzog zu Bay-
ern/ Unſere Liebde Oheim Chur Fürſten und Soh-
ne/zu nechſt verſchienen Oſter-Feſt / in unſer Stadt
Lintz zuſammen kommen / und hierüber freundlich
und vertraulich unterredet/ und nach allerhand ver-
loſſener Rathſchlagung/Unterhandlung/auch fleiſ-
ſiger Bewegung dieſer Hochwichtigen Sachen/
bey Uns und Ihrer Lieb/ für nütz und nothwendig
angeſehen und bedacht / eine ander förderſame zu-
ſammenkunfft/ benantlich auff den 31. Tag May/
nechſt hieher gen Paſſau fürzunehmen und anzu-
ſtellen / deßgleichen hernach beſtimmte Chur Für-
ſten und Fürſten/ als Mit-Unterhändlern/auch hie-
zu zu beſchreiben / ſo mit und neben uns / ſich ferner
gütlicher Handlung unterfahen/ den fürgefallenen
Beſchwerungen/ Irrungen und Gebrechen gäntz-
lich und endlich abhelffen möchten. Verſio Latina
hæc eſt:

„Nos FERDINANDUS, Dei Gratiâ Ro-
„manorum Rex, &c. fatemur; Quum aliquoties
„jam antea Nobis innotuiſſet, in Germaniæ Sacri
„Imperii Natione hinc inde multifariam commo-
„veri ad Bellum arma, palamque tumultuarii, ac id
„quidem præcipua Generoſi Philippi Haſſorum
„Landgravii &c. Cuſtodiæ detentionisque cauſſa,
„ingenita, Nobis cupiditate, deſiderio, fide, amore
„atque promtitudine erga Sacrum Imperium, o-
„mnesque & ſingulos Ejus Status ac Membra, cum-
„primis verò ad Communis Reipublicæ Salutem,
„Pacem, Tranquillitatem & Concordiam conſer-
„vandam provehendamque, & Chriſtiani Sangui-
„nis effuſiones, Inſontium excidia, Patriæ Deva-
„ſtationes evitandas ac prohibendas, promtè ac me-
„ritò volentesque adducti Sacram Cæſaream Ma-
„jeſtatem, Dilectum Fratrem & Dominum No-
„ſtrum amanter juxta & ſimpliciter requiſivimus ac
„interpellavimus, ut Nobis ad dicti Landgravii Li-
„berationem, aliarumq; appendentium Controver-
„ſiarum, ad Bella Tumultusque occaſionem præ-
„bentium, derivationem, amicam Tractationem
„indulgere & concedere dignaretur; Quod ita
„Nos quidem & amicè ab Ipſa Cæſarea Majeſtate
„& fraternè impetravimus & conſequuti ſumus.
„Quo factum eſt, ut unà cum Illuſtriſſimo Principe,
„Domino Maximiliano, Rege Bohemiæ, &c. Di-
„lecto Filio Noſtro, & Illuſtriſſimo Mauritio, Du-
„ce Saxoniæ &c. Cognato, & Alberto, Duce Ba-
„variæ &c. Genero, Electoribus Principibus, ad
„proximum Paſcha, in Civitate Noſtra Lincenſi
„conveniremus, de Rebus hiſce benignè atque con-
„fidenter colloquentes, variis Deliberationibus &
„Tractatibus inter Nos habitis, ac diligenter omni-
„bus perpenſis neceſſarium, operæque pretium fo-
„re exiſtimavimus, aliam Convocationem huc Paſ-
„ſavium ad XXXI. Maji proximam indicere ac præ-
„ſtituere. Similiter & hos Electores ac Principes
„ceu Nobiscum Interceſſores & Compoſitores ha-
„rum amicè tranſigendarum Rerum cauſſa Litteris
„Noſtris evocavimus & acceſſivimus, talibus Di-
„vina Clementia Gravaminibus, Litibus atque Di-
„ſcordiis, quibus fieri poteſt viis modisque obvia-
„turi, ac denique finem impoſituri.

CONSPECTUS.

(1) Viſitatio Eccleſiarum & Conſtitutio Doctorum atque Paſtorum ad prædicandum purum Dei verbum, ab Electore Saxoniæ Johanne, & Landgravio Haſſiæ Philippo, ſuaſu Philippi Melanchtonis ſuſcepta, miram Epiſcoporum Pontificiorum Invidiam & contentionem excitat. (2) Elector Saxoniæ & Landgravius Haſſiæ arctiſſimum de tuenda Religione Evangelica Fœdus ineunt. (3) Renovatur Fœdus, aſſociatis aliis Imperii Statibus Proteſtantibus. (4) Elector Saxoniæ & Landgravius Haſſiæ Civitates Imperii in conſortium ſuum pro tuenda Religione in Comitiis Spirenſibus adducere allaborant. (5) Ferdinandus Dux Auſtriæ, Imperatoris Karoli Quinti abſentis vicem in Comitiis hisce tenens Legatos Civitatum Imperialium omnium de non ſuſcipiendo Fœdere ſeriò dehortatur (6) Albertus Marchio Brandenburgenſis, Boruſſiæ Dux arctisſimum Fœdus cum Electore Saxoniæ de tuenda Doctrina Evangelicâ contrahit. (7) Otto Packius, Saxoniæ Ducis Georgii Cancellarius Landgravio Haſſiæ in colloquio exhibet exemplum Fœderis Ducis ſui Sigillo munitum cum Electoribus Moguntino, Brandenburgico, ArchiEpiſcopo Salisburgenſi, Epiſcopis itidem Bambergenſi ac Herbipolenſi, de evertenda Religione Evangelica, & exſtirpandis Domibus Electorali Saxonicâ & Haſſiacâ contractum. (8) Recenſentur ſumma Fœderis, quamvis ficti, capita. (9) Landgravius cum exercitu conſcripto Epiſcopatus vicinos ingreditur, Bellumque Archi- & Epiſcopis Moguntino Würtzburgenſi & Bambergenſi denunciat niſi ſe & Saxoniæ Electorem de non infeſtando ſecurum reddant, apponendo Denunciationis Litteris exemplum Fœderis à Packio ſibi traditum. (10) Contradicunt pacto, utpote fictitio & calumnioſo, Ferdinandus Rex, Electores ac Archi- & Epiſcopi, ut & Dux Saxoniæ acerrimè. (11) Dux Georgius Landgravii Socer urget ſeriò, ut Landgravius Gener Autorem delati Pacti falſi nominet. (12) Packius à Landgravio in conventu Principum, quos criminatio tangit, ſiſtitur & falſi quamvis convictus, dimittitur impunis. (13) Poſt aliquot annos deprehenſus, exactis graviſſimis tormentis, capite truncatur, & truncus in quatuor partes diſſecatur. (14) Diſſenſus Sleidani & Fabricii de loco executionis. (15) Acerrima inter Ducem Georgium & Divum Lutherum de veritate Fœderis contentio.

(16) Landgravius, ſub lege ſumtuum Bellicorum, ab Archi- & Epiſcopis reſtituendorum ab armis diſcedit. (17) Et Elector Saxoniæ Legiones facit miſſas ſine reſervatione impenſarum. (18) Formula Religionis in Comitiis Auguſtanis, poſt exhibitam Confeſſionem, huic planè adverſa Conventum Proteſtantium, & Fœdus Smalcaldicum parit (19) Decretum de invitandis pluribus Regibus, Principibus ac Civitatibus ad recipiendum Fœdus Smalcaldicum. (20) Recitantur ſumma Fœderis capita, & ſubnectitur integer tenor. (21) De adaugendo Fœderatorum numero fruſtra tractatur in repetito Conventu Smalcaldico. (22) Tractatus Pacis Schvveinfurti ſuſcipiuntur & Norimbergæ abſolvuntur. (23) Summa hujus Pacificationis annexo tenore integro. (24) Imperator Pacem Norimbergæ, ſe abſente, conditam, Edicto publico intimat, & Cameræ Imperiali, ut in abolendis de Religione Proceſſibus Edictum obſervet ſeriò præcipit. (25) Edictum hoc à Camera ſpernitur (26) Pontifex cum aſſeclis Cæſarem ad turbas & arma excitant. (27) Renovatur Fœdus Smalcaldicum, & acceſſione Regis Daniæ aliquot Imperii Principum ac Civitatum vel maximè corroboratur. (28) Imperator cum Principibus quibusdam Imperii inſtituit Ligam, quam appellabant ſanctam. (29) Turcarum impetus curſum Conſiliorum Bellicorum, quam Pontifex ſpeciali ad Imperatorem Legatione prenſat impedit. (30) Induciæ cum Turcarum Imperatore componuntur. (31) Imperator, ab Epiſcopo & Sacrificio ſuo impulſus, copias auxiliares multas à Pontifice petit & impetrat. (32) Status Proteſtantes, in Comitiis Ratisbonenſibus ab Imperatore indictis, quærunt, quid cauſæ ſit numeroſi exercitus ex Italia & Hiſpania adducti. (33) Reſponſum Imperatoris. (34) Litteræ Imperatoris ad pleraſque Fœderis Smalcaldicæ Civitates, ut à Confœderatione abſtrahant. (35) Civitatum conſtantia in tuenda Religione. (36) Fœderatorum tamen aliqui Cæſaris poteſtati ſeſe ſubmittunt. (37) Elector Saxoniæ Johannes Fridericus cum Fœderatis ſuis exercitum contrahit. (38) Mauritii, Ducis Saxoniæ, Electoris Sobrini & Landgravii Generi perfidia, & Pactum Ratisbonenſe cum Cæſare de exſtirpando Electore, ſi ipſe Dignitatem Electoralem & Ditiones Ejus indipiſceretur, confectum. (39) Ratisbonâ reverſus, Pragæ cum Ferdinando Romanorum Rege Conſilium de ratione Belli contra Electorem Saxoniæ, cæteroſque Proteſtantes, gerendi capit. (40) Dux Mauritius, ſpeciem perfidiæ amoliturus, Mandatum de Armis cum Cæſare contra Proteſtantes conjungendis, ſub pœna perduellionis, extrahit. (41) De proſcribendis Electore & Landgravio Socero à Cæſare certior factus Bellum Ipſis denunciat. (42) Elector & Landgravius proſcribuntur. (43) Fœderatorum Exercitus convocatur. (44) Cæſari Bellum denunciant Saxoniæ Elector & Landgravius. (45) Concertatum inter ipſos, utrum Karolo Quinto in Litteris titulus Cæſaris tribuendus. (46) Imperator Litteras ad ipſum transmiſſas, in quibus Honor Imperatoris denegatus acceptare recuſat, & Nobilem eas perferentem remittit, interminatus illis pœnam laquei, loco torquis aurei, qui ab Electore & Landgravio inpoſterum ad ſe venirent. (47) Elector Saxoniæ Johannes Fridericus & Dux Brunovicenſis Erneſtus Anno MDXXVII. Dominica miſericordias Domini prope Mulbergam capiuntur. (48) Nomen Mulbergi Principibus ſemper fuiſſe malè ominoſum exemplis oſtenditur. (49) Elector in ſanguinea pugna fortiter ſe gerens, disjectis in prælio copiis, Thiloni Troten Nobili Mersburgico, Ipſum capienti, in Teſtimonium fortitudinis Ejus, annulum de manu detractum tradit. (50) Electoris pia ſuſpiria: *Miſerere mei, Domine, Nos ſumus hic.* (51) Cæſaris vox quum denunciaretur Ipſi victoria: *Domine Deus, quàm mirabiliter hæc gubernâſti.* (52) Proceſſum capturæ tractat Autor remiſſivè. (53) Electorem captivum Cæſaris manum, pro more victis adulto, contingere volentem admittere recuſat Imperator. (54) Elector erga Cæſarem, captivorum inſtar, ſe ſubmittit. (55) Cæſar verba Electoris, quibus Majeſtatis Nomen ante cladem inquinaverat, acerbè exprobrat, & roganti Electori, ut pro dignitate in cuſtodiâ haberetur, ſe pro merito accepturum reſpondet. (56) Prodigium prælium & capturam Electoris præcedens non in Germania modo, ſed & in Gallia & Anglia obſervatum. (57) Magnanimitas & conſtantia Electoris in erigendo Duce Brunovicenſi Erneſto æquè captivo. (58) Aureum Electoris Effatum ex Epicteto deſumtum: *Quæ in poteſtate noſtra haut ſunt, ad nos minimè pertinere exiſtimare debemus.* (59) *Vbi opibus propriis contra vim potentioris foris nos tueri nos poſſumus, reliquum eſt, ut nos ſapientiæ præceptis intus muniamus.* (60) Electoris generoſiſſima reſponſio ubi mors per Delegatum Cæſaris denunciaretur niſi Wittebergâ ſe tradat. (61) Sententia, qua Elector ad mortem condemnatur, in caſtris Wittebergenſibus publicè recitatur. (62) Capitis ſupplicium, ſub certis conditionibus, remittitur. (63) Conditionem, ut quicquid Concilium aut Cæſar de Religione decerneret, ab Electore captivo perſeveranter repudiatam, induci atque obliterari jubet Karolus Quintus. (64) Et Librum interim in cuſtodia, quamvis arctiſſima, nullâ habitâ oblatæ Cæſareæ Gra-

tiæ

tiæ ratione, ſi acceptaret, rejicit Elector deſtitutus. (65) Imperator, mirificâ Ducis conſtantiâ motus cuſtodiam temperat. (66) Confeſſionem Fidei in cuſtodia pertexit Dux, ſi qua ante liberationem moriatur. (67) Laus Ejus à Thuano ampliſſimis verbis expreſſa. (68) Electoralis Dignitas, cum annexâ Ditione juxta pactum cum Cæſare transfertur in Ducem Mauritium, præmii loco, quod ſobrinum Electorem Bello perſecutus erat. (69) Ejus inveſtitura ſolennis in Comitiis Ratisbonenſibus Anno MDXLVIII. (70) Contentio inter Limnæum & Arumæum, utrum Elector aliquis, ſine conſenſu cæterorum, proſcribi & in alium transferri poſſit. (71.) Exempla Limnæi pro negativa adducta nil probare oſtenditur. (72) In Moderni Imperatoris Sacratiſſimi, ut & in Parentis Leopoldi Glorioſisſimi Capitulationibus quæſtio negative deciſa. (73) Imperator, discordiis cum Duce Johanne Friderico transactis, Halam ad Salam tendit, in Haſſiam tranſiturus. (74) Landgravius, adventu Cæſaris perterritus, ſub Comitatu Electoris Brandenburgici & Mauritii Saxoniæ Ducis, nondum ad Electoratum vecti, Halam ingreditur. (75) De Formula Pacis, tractatur cum Landgravio. (76) Cæſar, prævia deprecatione, Ipſum à proſcriptione, ſupplicio & perpetuò carcere abſolvit. (77) Landgravius nihilominus militum Hiſpanorum cuſtodiæ traditur, nec demonſtrationibus, nec Intercesſionibus Electoris Brandenburgici ac Ducis Mauritii ad liberandum Landgravium adducitur Imperator. (78) Landgravius Halâ abductus in Colloquio ex Duce Albano quærente, quando captivitas ipſius deſitura eſſet, Reſponſum accipit hoc eſſe in Arbitrio Cæſaris, qui promiſerit quidem Landgravium in perpetua captivitate non eſſe permanſurum diem autem relaxationis non determinâſſe. (79) Elector deſtitutus Johann. Fridericus mancipatur principio in cuſtodia Auguſtæ Vindelicorum, & Landgravius Philippus Werdæ in Danubio. (80) Landgravius à proſcriptione Edicto publico liberatur. (81) Autor triſtia facta Belli Smalcaldici, non ſine conſilio Divi Lutheri aliorumque nec ſine precibus ſuſcepti, expendit. (82) Jure Divino, Naturæ & Humano integrum eſſe Statibus Imperii reſiſtere illis, qui vi cogere intendunt ſubditos ſuos ab Evangelica veritate diſcedere, multis rationibus deducitur. (83) Taxatur Sleidanus memorans, Divum Lutherum ſententiam, de non reſiſtendo Magiſtratui, etiam in cauſſa Religionis, Libro peculiari propoſitam, ex ignorantia Juris foviſſe. (84) Sententia Hugonis Grotii, Chriſtum nihil concedere ſubditis, ubi ſuperiores ob Religionem mortem intentant, niſi fugam, à Johanne Friderico Gronovio notata. (85) An gradus Defenſionis exceſſerint Fœderati perfunctoriè quærit Autor. (86) Imaginem Dei Rex geſtat, idcirco colendus & amandus eſt, ſi non propter ſe ſaltem vocationis & functionis ſuæ cauſsâ. (87) Effatum Electoris Saxoniæ deſtituti Joh. Friderici poſt relaxationem, non omnes Fœderatos in Bello contra Cæſarem pro ſcopo Gloriam Dei habuiſſe. (88) Non omnia à Fœderatis eſſe obſervata quæ ad exitum Belli felicem neceſſaria, oſtenditur latè. (89) Juſtam quidem DEUS cauſſam tuetur, ſed non minus in quavis cauſſa prudentiam Hominibus indidit. (90) Ubi Divina Providentia non commilitat conſiliis atque actionibus, malus iis obvenit exitus & cogitationibus valde adverſus. (91) Demonſtratur id, exemplo Romanorum contra Turcas belligerantium. (92) Ex eventu conſtat, utrum res geſtæ habuerint commilitantem dexteram ſupremam. (93) Rationem de occulto DEI conſilio quærere nihil aliud eſt quàm contra Ejus Conſilium ſuperbire. (94) Sanguine fundata eſt Eccleſia, ſanguine cœpit, ſanguine ſuccrevit, ſanguine finis erit. (95) Major ſemper fuit Eccleſiæ gloria in cruce & afflictionibus ſub Tyrannorum Imperio, quàm unquam, florente Ejus ſtatu, ſub Bonis & Moderatis Gubernatoribus & fidis Eccleſiæ Nutritiis. (96) Acroama Auguſtini de Eccleſia preſſa. (97) Effatum Simonis Pauli de Eccleſia ſub Luthero. (98) Electores Saxoniæ & Brandenburgicus in Comitiis Auguſtanis Anno MDXLVII. Liberationem Landgravii nequicquam ſolicitant. (99) Landgravius Documenta Cautionis, ab Electoribus Saxoniæ & Brandenburgico, ſui cauſſâ præſtitæ, Imperatori poſtulanti tradere negat. (100) Landgravii captivi Filius Wilhelmus Anno MDLII. Electorem Saxoniæ & Brandenburgicum ad præſtandam Patris liberationem evocat. (101) Elector Saxoniæ ſtatibus Provincialibus invitis, arma contra Cæſarem arripit, Eiq; unà cum Landgravio Juniore, cauſſas Belli juſtificas edit. (102) Elector Saxoniæ Ejusque aſſociati Principes, intra menſis ſpatium, Imperatorem in tantas anguſtias redigunt, ut Electorem deſtitutum Johannem Fridericum dimitteret. (103) In fugam conjicitur Cæſar. (104) Ejus Frater Ferdinandus de Pace Paſſavii condendâ, in Auſtriæ oppido Linzen, cum Electore Saxoniæ Mauritio tractat. (105) Autor ſingularem DEI Providentiam in hoc Bello admiratur. (106) Auguſtini Acroama de judicio DEI occulto, nunquam tamen injuſto. (107) Tractatus Paſſavii Menſe Julio MDLII. ſuſcepti & Menſe Auguſto abſoluti.

OBSERVATA.

(1.)

ORdinaverant Elector Saxoniæ JOHANNES & Haſſiæ Landgravius PHILIPPUS, ſuaſu Melanchthonis, ut Eccleſiæ in omnibus ſuis Ditionibus inſpicerentur, & Idonei Doctores ac Paſtores conſtituerentur, qui de omnibus Fidei capitibus, juxta normam Verbi Divini, populum inſtruerent, ſtudium veræ pietatis in animis Auditòrum accenderent atque Ceremoniarum abuſus tollerent, quotquot autem ſine impietate cuſtodiri poſſent, retinerent; Quorum exemplum alii Principes & Civitates in Boreali Germaniæ parte, ſequutæ miram Epiſcoporum Pontificiorum invidiam & contentionem excitabant, prout hoc fusè exponit David Chytræus *in Saxon. ad Annum* CIↃIↃXXVI. *fol.* 291. *ſeq. Edition. Lipſienſ.* MDCXI.

(2.) Quum verò Laudatiſſimus Saxoniæ Elector & Landgravius hoc adverterent eodem Anno MDXXVI. Die Mercurii, poſt Cantate, Torgaviæ arctiſſimum inierunt fœdus, daß wo die Widerſacher und ihr Anhang / von wegen des göttlichen Wortes und derer Ding / ſo demſelben nach / wider die vorgedachte Mißbräuche / in Unſern Fürſtenthumen / Landen / fürgenommen und gehalten / oder auch andere Sachen zum Schein wolten fürgewandt werden / da es doch berührtes Göttliches Worts halben / im Grund gemeynt würde / und Unſer jeder um ſolche fürgewandte Scheinſachen / in maſſen wie oben berührt / Erkäntnis und Weiſung dulden könten / daß wir Leib und Gut / Land und Leute / und alles Vermögen / beyeinander zu ſetzen / auch einer dem andern / der darüber angegriffen / überzogen oder beſchwert wolte werden / auffs ſtärckeſte / ſo Wir immer vermögen / auff unſere eigene Koſten und Schaden zuziehen / und zu Hülff und Rettung kommen wollen. Doch in alle wege unſer Vertrauen nicht auff Uns / oder dieſelbige unſere Lande und Leuthe / ſondern zu und auff GOtt den Allmächtigen / nach ſeinem Göttlichen Willen / durch Uns / als ſeine Werckzeug und Inſtrument, offenbahret / deme auch wenig iſt / mit vielen oder wenigen / wider die Feinde zu ſiegen / demüthiglich und mit Andacht geſtellt und geſetzet. Alles mit treuer / Chriſtlicher und rechter Meynung / und ohn alles Gefehrde. Vid. Frider. Hortleder. *de cauſſ. Bell. Germanic. Libr. VIII. cap. II. Tom. I. fol.* 1491.

(3.) Renovabatur Fœdus ab Electore Saxoniæ JOHANNE, & Haſſiæ Landgravio PHILIPPO, aſſumtis JOHANNE FRIDERICO, Electoris Filio, PHILIPPO, OTTONE, ERNESTO & FRANCISCO, Ducibus Brunſvicenſibus, & Lunæburgenſibus, HENRICO, Mechlenburgiæ Duce, WOLFGANGO, Principe Anhaltino, GEBHARDO & ALBERTO, Comitibus Mansfeldenſibus Magdeburgi, D. XII. Jun. Ejusdem Anni XXVI.

(4.) Recipiebatur quoque in Fœdus illud Civitas Magdeburgenſis D. XXV. Jun. anni ſæpius memorati XXVI. vid. Friderich Hortled. *laudat. Libro VIII. cap. III. IV. V. fol.* 1492. *uſq; ad fol.* 1496. Quin & in Comitiis Spirenſibus Eodem Anno Menſe Auguſto ad ſe vocabant Elector Saxoniæ & Philippus Haſſiæ Landgravius Legatos Argentinenſes Noribergicos & Auguſtanos illisque demonſtrabant, quemadmodum ſibi perſpectum atque cognitum ſit, Civitatibus Iſtis Evangelii Doctrinam oppidò eſſe acceptam, in propatulo autem eſſe, quid contra hanc Doctrinam moliantur Pontificii, ideoque ſeſe conſultare, annon Societas atque Fœdus iniri poſſit, ut, ſi quem Statuum Evangelicorum periclitari contingeret, quod Evangelicæ Doctrinæ addictus in Ditione ſua omnia quæ ad propagandam illam pertinent, fideliter ſuſcipiat, mutua ſubminiſtrentur auxilia, ſe quoque de Francofurtenſibus atque Ulmenſibus optimam concepiſſe ſpem, quod ejusmodi Conſociationem haut recuſaturi ſint. Ad hæc civitatum illarum Legati reſpondebant, nullum ſe quidem hujus negotii habere mandatum, ſedulò tamen ad ſuos eſſe relaturos.

(5.) FERDINANDUS autem, Archi-Dux Auſtriæ, qui Imperatoris Caroli V. id temporis in Hiſpaniâ commorantis, vices in Comitiis Spirenſibus tenebat, ante publicatũ Receſſum omnium Civitatum Imperialium Legatos ad ſe arceſſebat, & principiò quidem de ſuâ & Auſtriacæ Domus Benevolentiâ erga Civitates diſſerebat, poſtmodum verò hortabatur Legatos, ut Cæſari obſecundarent, nec ſe conſiliis ac perſuaſionibus quorundam abduci paterentur. Vid. Johann. Sleidanus *Lib. VI. Commentar. de Stat. Eccleſiaſtic. & Reipubl. Karol. V. Cæſar. ad memorat. Ann. XXVI. pag.* 139. *Edition. Francofurtenſ.* MDCX.

(6.) Sed & Albertus Marchio Brandenburgicus, Boruſſiæ Dux, eodem anno XXVI. Die Michaelis arctiſſimum cum Electore Saxoniæ Fœdus de tuenda Doctrina Evangelicâ, & omnibus, quæ huic annexa, pangebat. Tenorem Pacti exhibet Frideric. Hortleder. *allegato Libro VIII. cap. VI. fol.* 1496. *ſeq.*

(7.) Hactenus tranquillè. Aſt Anno CIↃ IↃ XXVIII. Otto Packius, Georgii Ducis Saxoniæ ProCancellarius, in colloquio quodam admonebat Landgravium PHILIPPUM, ut Rebus ſuis ſollicitè proſpiceret; Nuper etenim FERDINANDUM, Bohemiæ Regem Imperatoris Karoli V. Abſentis in Germaniâ Præſidem, ALBERTUM, Archi-Epiſcopum & Electorem Moguntinum, JOACHIMUM, Marchionem & Electorem Brandenburgicum, MATTHÆUM, Cardinalem & Archi-Epiſcopum Salisburgenſem, WIGANDUM, Epiſcopum Bambergenſem, CUNRADUM, Epiſcopum Herbipolenſem, & GEORGIUM, Ducem Saxoniæ, ac Thuringiæ Landgravium, iniiſſe Fœdus evertendi Religionem Evangelicam & exterminandi Electorem Saxonicum unà cum Landgravio, Fœderis iſtius exemplum ſub dato Uratislaviæ, die Mercurii, poſt Dominicam Jubilate, Anni CIↃ IↃ XXVII. Ducis ſui Sigillo munitum exhibebat Packius Landgravio, Archetypum pollicendo. vid. Johann. Sleidan. *Libr. VI. commentar. de Stat. Religion. ad Annum* CIↃ IↃ XXVIII. *pag.* 152. David Chytræus *in Saxon. ad eundem Annum fol.* 312. Laurent. Sur. *Commentar. Rer. in Orbe geſtar. ad dict. Annum.* XXVIII. *pag.* 164. *Edition. Colonienſ.* M DC II.

(8.) Capita delatæ confœderationis erant (I.) ut Paciſcentes FERDINANDO & milite & pecuniâ ad obtinendum Hungariæ Regnum contra Comitem JOHANNEM de ROTSCHUTZ, aſſiſterent, quò deinde, potentiâ ſuâ ſtabilita, Hæreticos & Blaſphemos è Locis, in quibus deliteſcerent, extrahere poſſent. §. Vors Erſte iſt bedacht 8. Deinde (II.) ſe à Cæſarea Majeſtate Mandata extrahere velle, ut Saxoniæ Elector Hæreticorum Parentem Martinum Lutherum, una cum cæteris Hæreticorum

ticorum Concionatoribus, Monachis & Monialibus è Cœnobiis profugis ipſis tradat, & officium Miſſæ, omniumque Ceremoniarum, Vigiliarum, quin & Templa, Monaſteriaque Clauſa, in priſtinum ſtatum reſtituat. Sin hæc facere recuſet Saxoniæ Elector, Ferdinandum Regem & Electorem Moguntinum, vi multò maximâ, invaſuros eſſe Ditiones Electorales Saxonicas, Miſnicas & Thuringicas, Epiſcopos verò Bambergenſem & Herbipolenſem Ditiones Franconicas occupaturos, & Electorem Saxoniæ ex illis adeò exterminaturos, ut nunquam eas recuperare poſſit Poſteritas. Quo facto Se civitatem Magdeburgenſem, utpote Eccleſiæ Romanæ, Sacræ Cæſareæ Majeſtati & Archi-Epiſcopatui Magdeburgenſi perfidam, ad Obedientiam eſſe redacturos §. Und wollen alsdann ꝛc. 9. Ducem verò Georgium, ne Pacto Confraternitatis cum Agnato Electore condito contraveniſſe videretur, à Ditionibus Ejus abſtrahere, & Moraviam, Sileſiam ac Luſatiam ab Hæreſi Martinianâ purgaturum eſſe §. Und daß Wir Georg 10. Loca autem atque Territoria Saxonica Miſnica & Thuringica occupata (III.) ita eſſe diſtribuenda, ut quæ Ferdinandus Rex Bohemiæ & Archidux Auſtriæ, & Albertus Elector Moguntinus pariter ac Joachimus Elector Brandenburgicus debellaret, Duci Georgio obtingerent, exceptis Storcka & Beskau, quæ Laudatiſſimus Elector Brandenburgicus expenſarum vice ſibi reſervaret; Civitatum verò Magdeburgenſem Archi-Epiſcopatui denuò eſſe incorporandam; Quæ vero Saxoniæ Dux in Terris Moraviæ, Sileſiæ, & Luſatiæ expugnaret, Ea cuncta Ferdinando Regi cedere velle, Epiſcopis verò Bambergenſi & Herbipolenſi appropriandа eſſe, quæ Ipſi in Franconia apprehenderent Loca Saxonica, hoc tamen pacto adjecto, ut ſi Dux Georgius ſumtus refunderet Bellicos, Ipſi Loca Saxonica ceſſum iri. §. Und was Wir Ferdinand I. & §. Was aber hinwiederum II. Landgravio autem, ſi in tempore reſipiſcat condonandum, ſin minus, eodem quo à Saxoniæ Electore convenerat modo, ipſum tractandum, dotalitio tamen Conjugis ſalvo; Quod ſi in hæreſi ad finem uſque vitæ perſeveraret, Ditiones Ejus atque Territoria ad Georgium Saxoniæ Ducem in perpetuum tranſire debere §. Wann ſolches nach dem Willen GOttes 13.

(9.) Quumque non deeſſent cauſſæ, quæ Proteſtantium animos ad vigilantiam exagitarent, quas recenſet Johann. Strauch. *Diſſertat. Jur. Publ. IX. §. III. pag.* 238. *Edition. Francofurtenſ.* MDCXXX. Landgravius exercitum conſcribebat & Epiſcopatus vicinos ingrediebatur, Bellum cum Moguntino, Würtzbergenſi & Bambergenſi geſturus niſi ſe & Saxoniæ Electorem, de non infeſtando ſecurum redderent, prout exponit David Chytræus *in dict. Saxon. ad Annum* CIↃ IↃC XXVIII. *fol.* 312. *circ. fin.* Ut verò omnem ſiniſtram armorum opinionem à ſe rejiceret Landgravius inſtituti ſui cauſſam exponebat, ſe nullâ aliâ ratione arma arripere, nec Epiſcopatus invadere, quam ut ſummum à ſe & Ditionibus ſuis averteret periculum, ſcriptoque ſuo Exemplum Confœderationis à Packio ſibi traditum annectebat; Utrumque exhibet Hortleder. *Libr. II. de Cauſſ. Bell. German. cap.* 1. *dict. Tom.* 1. *fol.* 665. *ſeqq.*

(10.) Vix hæc in lucem venerant, quum pacto huic, utpote fictitio & calumnioſo, acerrimè contradicerent, & Ferdinandus Rex, & Electores Moguntinus, atque Brandenburgicus, quin & Epiſcopi Salisburgenſis ac Herbipolenſis, Dux itidem Saxoniæ, ceu ex illorum Scriptis pateſcit apud Hortlederum *Laudat. Libr. II. cap. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. fol.* 780. *uſq. ad fol.* 800.

(11.) Inprimis verò Saxoniæ Dux Georgius, Landgravii Socer, urgebat, ut Autorem delati Pacti falſi nominarent, ſin minus, ſe arbitraturum ac ſi Pactum à Landgravio, turbandæ Germaniæ cauſsâ, ſit excogitatum.

(12.) Quum verò Packius archetypum, uti promiſerat, edere non poſſet, Landgravius cunctantius aliquantò agebat. Conveniebant autem Principes, quos criminatio tangebat; Et Packium ſiſtebat Landgravius, qui, quum indicium Fœderis delati idoneis Documentis non probaret, damnatus à Landgravio.

(13.) Quidem dimittebatur impunis, poſt aliquot verò annos Antvverpiæ deprehenſus, poſt longos carceres, & exactiſſima quæſtionum tormenta, Anno CIↃ IↃ XXXVI. capite truncatus, & truncus in quatuor partes diſſectus eſt. Johann. Sleidan. *Libr. VI. commentar. de Stat. Religion. ad An. XXVIII pag.* 153. ibique Michaël Caſp. Lundorp. *in Not. Marginal.* Jung Laurent. Sur. *Commentar. Rerum in Orb. geſtar. ad dictum Annum XXVIII. pag.* 164.

(14.) Quem tamen corrigit Georg Fabricius *in Originib. Saxonicis*, aſſerens: Packium non Antvverpiæ, uti Sleidanus ſcribit, ſed Mechliniæ pœnam luiſſe *Libr. VII. Origin. Saxonicar. fol.* 872. *Edit. Jenenſ.* M D XCVII.

(15.) Aſt plenam Confœderationi fidem tribuebat Martinus Lutherus, Piæ Memoriæ, ceu oſtendunt Scripta ſatis acerba inter Ducem Saxoniæ Georgium & ipſum apud Hortleder. Laudat. *Libr. II. cap. IX. & X. Tom. I. fol.* 800. *uſq. ad fol.* 809. Et hinc evenit, ut multi exiſtimarent, non prorſus de nihilo fuiſſe Packii de Confœderatione judicium, prout memorant Johann. Sleidanus *Loco & paginâ antea expreſſâ*, & David Chytræus *Loco allegato fol.* 312.

(16.) Interceſſione demum Electorum Palatini & Trevirenſis diſceſſum fuit, ab armis, hac tamen lege, ut Landgravio ſumtus Bellicos Aureorum millia centum reſtituerent Epiſcopi, Moguntinus quidem XL. Herbipolenſis, totidem, Bambergicus vicena, aſſerente Sleidano, *Loco laudato pag.* 152. & Chytræo *Loco & folio dicto*, qui tamen in eo à Sleidano diſtat, quod Landgravium à Moguntino LX. à Wurtzburgenſi XL. à Bambergenſi XX. Millia in belli impenſas adſtruat.

(17) Saxoniæ autem Elector, ut oſtenderet, ſe nil niſi Pacem voluiſſe, nullum in conditionibus pacis pro milite conſcripto flagitabat ſtipendium.

(18.) Quum verò in Comitiis Auguſtanis CIↃ IↃ XXX. Imperator, nullâ habitâ ratione Confeſſionis traditæ, & publicè prælectæ, Fidei Formam præſcriberet, Communionem ſub unicâ Specie, Miſſarum Celebrationem, Inunctionem Moriturorum, Imaginum Beatæ Mariæ, & Sanctorum conſervationem præciperet, Electori Saxoniæ, cæteriſque Statibus Evangelicis Reſtitutionem Bonorum Eccleſiaſticorum injungeret, prout ex Receſſu D. XIX. Novembr. illius anni publicato §. Weiter 6. §. 1. Demnach gebieten und wollen Wir 33. §. und gleicher Weiſe / 39. §. Wir gebieten und wollen auch 41. §. Dieweil auch die Bildnus Chriſti 42. pateſcit, contradixerunt huic Decreto Cæſareo,

Elector

Elector Saxoniæ cæterique Confeſſores, relictis Comitiis, prout ex §. Es haben auch der Churfürſt von Sachſen/ 7. apparet. Conveniebant itaque Smalcaldiæ Menſe Decembri cIↃ IↃ xxx. Elector Saxoniæ JOHANNES, Dux Brunſvvicenſium & Lunæburgenſium, ERNESTUS, Landgravius Haſſiæ PHILIPPUS, Princeps Anhaltinus WOLFGANGUS, Marchionis Brandenburgici Electoris ac Marchionis GEORGII Legati, Comites Mansfeldenſes GEBHARDUS & ALBERTUS, Idemque ut Plenipotentiarius PHILIPPI, Brunſvicenſium Ducis, ex ordine Civitatum Imperialium ac Liberarum, Argentoratum, Noriberga, Conſtantia, Ulma, Magdeburgum, Brema, Reutlinga, Heilbrunn, Memminga, Lindavia, Campidunum, Jena, Biberacum, Windeshemia, ac Weiſſenburgum Norici, & concludebant, ſe publicato Receſſui, quoad Articulos Fidei & Agenda, nullatenus fore adſtrictos, &, ſi quis Ipſos ad parendum adigere auderet Imperator eique fortiter ſe reſtituros; Fœderisque concipiebant Formulam, ultimo Decembris Die, non offendendi quenquam, ſed ſui defendendi cauſſâ, hâc tamen lege ut pro tempore in ſecreto maneret negotium. Subſcripſerunt Formulæ extemplo Electores Principes & Comites præſentes exceptis Legatis Brandenburgicis, qui defectu mandati ſeſe excuſabant, prout ex ipsâ Formulá §. Dieweil aber unſere gnädigſte Herren 3. patet, quam exhibet Hortleder. *Libr. VIII. de Cauſſ. Bell Germanic. cap. VII. Tom. Oper. I. fol.* 1498. Elector namque Brandenburgicus JOACHIMUS dicto Receſſui Imperii ſubſcripſerat. Ex Civitatum Ordine ſubſcripſere ſtatim Magdeburgum atque Brema, Cæterorum verò Legati ſtipulabantur, ſe intra ſex Hebdomadas Principalium ſuorum Declarationem ad Electorem Saxoniæ eſſe transmiſſuros, ceu docet Confœderationis projectum, apud Hortlederum *Libr. VIII. de Cauſi. Bell. German. cap. VII.* §. und nemlich zum erſten/ & §. Dieweil aber etc. *Tom. Oper.* I. *fol.* 1498. Decretum inſuper erat, Marchionem Georgium Brandenburgicum, & Civitatem Noribergam per Litteras ſollicitare, Daniæ vero Regem, Pomeraniæ & Mecklenburgicos Duces, & Civitates Hamburgum, Einbecum, Northemium, Francofurtum, Brunſvicum, Göttingam, Mindam, Hannoveram, Hildeshemium, Lubecam, Stetinum, aliasque Civitates Maritimas per Legatos ad Confœderationem invitare. Johann. Sleidan. *Libr. VII. Commentar. de Stat. Religion. ad Ann.* cIↃ IↃ xxx. *pag.* 188. Extendebant hoc Confœderationis Projectum inque Legitimam Formam redigebant Anno cIↃ IↃxxxI. *Die Lunæ poſt Invocavit*, Elector Saxoniæ JOHANNES, ejusque Filius JOHANNES FRIDERICUS, Dux Saxoniæ, PHILIPPUS, ERNESTUS, & FRANCISCUS Duces Brunſuicenſes, ac Lunæburgenſes, PHILIPPUS Haſſiæ Landgravius, WOLFGANGUS, Princeps Anhaltinus, GERHARDUS & ALBERTUS Comites de Mansfeld, Civitates Argentoratum, Ulma, Conſtantia, Reutlinga, Memminga, Lindavia, Biberacum, Jena, Lubeca, Magdeburgum, Brema.

(19.) Summa hujus fœderis capita hæc erant (I.) Ut Confœderati ſibi invicem, quocunque modo fortiter aſſiſtant, ſi quis ex illis à Catholicis, propter Fidem, quam Ipſi in Comitiis Auguſtanis, prioris anni XXX. publicè profeſſi ſunt, impetatur & infeſtetur; (II.) Fœdus hoc nullatenus contra Imperatorem alioſve Imperii Status, aut quemvis alterum eſſe directum, ſed ſolum Chriſtianæ veritatis & Pacis Publicæ in Germania tuendæ gratia, eſſe conditum §. Es ſoll auch dieſer Chriſtlicher Verſtand ꝛc. (III.) Si plures in Fœdus recipi cuperent, illis receptionem haut eſſe denegandam §. So auch jemand weiter (IV.) Fœdus ad ſexennium eſſe erectum, hâc tamen lege, ut ſi quis intra illud ſexennii tempus impetatur, & defenſio Ejus à Fœderatis ſuſcipiatur illud & poſt elapſum ſexennium propagetur. Juvat adducere ipſum Fœderis tenorem: Nachdem ſich die Läuffte dieſer Zeit hin und wieder/ gleich ſorglich/ geſchwind/ und vorab der Geſtalt erzeigen/ zutragen und anſchicken/ als ob man begehrt diejenigen/ ſo das helle/ klare/ reine und unvermackelte Wort GOttes/ in ihren Fürſtenthumen und Städten/ Landen und Gebieten/ durch Gnad und Verleihung des Allmächtigen/ predigen und verkündigen laſſen/ dardurch allerley Mißbrauch abgeſtellt und verändert/ mit der That und Gewalt/ von ſolchem ihrem Chriſtlichem Vorhaben zu dringen/ und aber je einer jeden Chriſtlichen Obrigkeit ſchuldig Amt iſt/ nicht allein ihren Unterthanen das heilige Wort GOttes verkündigen zu laſſen/ ſondern auch mit allem Fleiß/ Ernſt und Vermögen/ dafür zu ſeyn/ daß ſie von dem Wort GOttes nicht gezwungen/ oder abfällig gemacht werden; So will unſer höchſte Nothdurfft und ſchuldig Amt der Obrigkeit erfordern/ ob ſich jetzo/ oder künfftiglich/ zutragen oder begeben würde/ daß jemand Uns oder unſere Unterthanen/ mit Gewalt oder der That/ von dem Worte GOttes und erkandter Warheit zu dringen (welches dann der gütige und barmhertzige GOtt gnädiglich verhüten/ und wir Uns auch zu niemand verſehen wollen/) und alſo wiederum zu den abgethanen und veränderten Mißbräuchen zu nöthigen/ unterſtünde/ ſolches alles müglichſtes Fleiſſes zuverhüten. Damit dann ſolche Gewalt abgewendet/ und das Verderben/ beydes Leib und Seel/ Unſer und unſerer Unterthanen/ verhütet werden mögen/ So haben Wir GOtt dem Allmächtigen zu Lob/ und mehrerm Gedeyen und Auffwachſen göttlicher freyer Lehr/ zu Erweckung und Förderung eines Chriſtlichen/ einhelligen Weſens und Friedens/ dem Heil. Römiſchen Reich Teutſcher Nation/ und aller Erbarkeit/ darzu gemeinen unſern Fürſtenthumen/ Städten und Landſchafften/ zu guter Wohlfarth/ Ehr/ Nutz und Frommen/ allein zur Gegenwehr und Rettungs-Weiſe/ die einem jeden nicht allein von natürlichen und menſchlichen/ ſondern auch von Göttlichen geſchriebenen Rechten zugelaſſen und vergönnet iſt/ mit und gegen einander/ eines Chriſtlichen und freundlichen Verſtands vereinigt/ entſchloſſen/ denſelben auch auff- und angenommen/ und thun das gegenwärtig/ in und mit Krafft dieſes Brieffes/ in Maſſen/ Form/ und Geſtalt/ wie hernach folget: Nemlich: Daß Wir zu allen Theilen/ je einer den andern/ getreulich und von Hertzen meynen/ halten und vor Schaden warnen ſollen und wollen/ auch keiner des andern Feinde/ und Widerwärtige/ offentlich oder heimlich mit Wiſſen/ Durchſchleiffen/ Fürſchieben oder Enthalten. Und demnach dieſer Verſtand allein Gegenwehrs und Rettungs Weiſe/ und gar nicht darum angeſehen/ daß jemand unter Uns einigen Krieg anfahen ſoll/ Ob ſichs dann begebe/ daß einiger Theil unter Uns/ wer auch der wäre/ um das Wort GOttes/ Evangeliſcher Lehr/ und unſers heiligen Glaubens/ oder um Sachen willen/ die auß

dem

dem Wort GOttes/ Evangeliſcher Lehr/ und dem heiligen Glauben folgen/ und demſelben anhängig/ oder ſo eine andere Sach gegen einem auß Uns zu einem Schein fürgewendet würde/ da aber Wir/ die andere/ die ſolcher Zeit nicht angegriffen/ ermeſſen möchten/ daß es fürnemlich um dieſes GOttes Worts willen beſchehe/ befehdet/ oder vergewältiget/ und überzogen wolt werden/ oder befehdet und überzogen würde/ und derſelbig auff Uns andere/ ſchleunigs Rechtens leiden möchte/ daß dann Wir alle/ die andere/ in dieſem Chriſtlichem Verſtand begriffen/ und ein jeder für ſich ſelbſt/ ſo bald Wir das von dem Vergewaltigten/ oder ſonſt durch glaubige Erfahrung/ verſtändiget/ berichtet/ und innen würden/ die Sach Uns keiner andern Geſtalt ſollen anliegen laſſen/ dann ob Unſer jeder ſelbſt angegriffen/ befehdet/ überzogen/ und alſo ſein ſelbſt eigen Sache wäre/ darauf auch/ ohne allen Verzug/ ein jeder/ ſeinem höchſten Vermögen nach/ unerwartet der andern/ dem Befehdeten und Vergewaltigten helffen/ retten und entſchütten/ Lufft und Platz haben und machen ſoll/ wie dann jederzeit nach Gelegenheit des Handels/ durch Uns die übrigen/ am füglichſten und fruchtbarlichſten für gut und dienſtlich angeſehen/ und unſer jeden Chriſtliche Lieb und Treu/ auch ſein eigen Gewiſſen und ſelbſt Wohlfarth/ dahin weiſen wird/ und alſo einander den Handel getreulich helffen führen/ ſich auch kein Theil/ ohne des andern Wiſſen und Willen/ in einige Richtung/ Vertrag oder Anſtand laſſen oder begeben. Es ſoll auch dieſer unſer Chriſtlicher Verſtand/ der Kayſerl. Majeſtät/ unſerm allergnädigſten Herrn/ oder keinem Stand des Heiligen Römiſchen Reichs oder ſonſt jemands zuwider/ ſondern allein zu Erhaltung Chriſtlicher Warheit und Friedens im Heiligen Reich Teutſcher Nation, und zu Entſchüttung unbilliches Gewalts/ für Uns und unſere Unterthane und Verwandte/ allein in Gegenwehr und Rettungs-weiſe fürgenommen/ da unſer jeder/ wie oben berührt/ Recht geben und nehmen mag/ und nicht anders gemeynt werden. So auch jemands weiter in dieſen unſern Chriſtlichen Verſtand zu kommen begehrt/ und vormahls nicht darinn begriffen/ der das heilige Evangelium angenommen/ der ſoll mit unſer aller Wiſſen und Willen darein auff- und angenommen werden. Und ſoll dieſer Chriſtliche Verſtand auff heute dato anfahen/ und ſechs Jahr/ die nechſte nach einander folgend/ währen/ und von Uns allen ſämtlich/ und jedem inſonderheit/ getreulich/ auffrichtig/ redlich/ und ohn alles Gefehrde/ vollzogen und gehalten werden. Und obs Sach wäre/ daß man mit jemands alſo/ von wegen des Göttlichen Worts/ und Urſach daraus flieſſende/ zu Krieg kommen/ und der vor Außgang bemeldter ſechs Jahr/ gantz nicht zu Ende gebracht würde/ ſo ſoll doch nicht deſtoweniger/ der von allen Theilen unangeſehen/ daß die beſtimmten Jahr gantz verlauffen/ und dieſer Chriſtlicher Verſtand ſein Ende genommen/ getreulich beharret/ und zu Ende vollführet werden/ kein Theil ſich davon außziehen oder abſondern/ und mag alsdann dieſer Chriſtliche Verſtand/ ſo es den Partheyen gefällig/ wohl länger erſtreckt werden; Solches alles und jedes/ gereden und verſprechen Wir vorgenandte Churfürſten/ Fürſten/ Graffen und Räthe der Städte/ bey Unſern Ehren/ Würden/ wahren Worten/ und guten Treuen/ an Eydes ſtatt/ für Uns und unſere Erben/ oder Nachkommen/ ꝛc. in und mit Krafft dieſes gegenwärtigen Brieffes/ wahr/ ſtet/ feſt/ unverbrüchlich zu halten/ dem gäntzlichen nachzukommen/ und zu geleben/ darwider nicht zuthun/ noch ſchaffen gethan zu werden/ in keine Weiſe noch Wege/ alles erbarlich/ getreulich und ungefehrlich. Und des allenthalben zu mehrer Urkund/ Sicherheit und Bekräfftigung/ ſo haben wir obgemeldte Churfürſtē/ Fürſten/ Grafen und Städte/ unſere Inſiegel/ als Wir Hertzog Johannes/ Churfürſt/ vor Uns/ und unſern Sohn/ Hertzog Johann Friederichen zu Sachſen ꝛc. und Hertzog Ernſt/ vor Uns und unſere beyde Brüder/ Hertzog Otten und Frantzen von Lüneburg/ an dieſen Brieff wiſſentlich thun hangen/ und geben Montags nach dem Sonntag Invocavit, nach Chriſti unſers lieben HErrn Geburt/ tauſend/ fünff hundert/ und ein und dreyſſigſten Jahre. Vid. Frideric. Hortleder. *de Cauſ. Bellic. Germanic. Lib.* VIII. *capit.* VIII. *Tom.* I. *fol.* 1501.

(21.) Quum in Conventu prioris anni cIↃIↃxxx. concluſum eſſet, ſollicitare Daniæ Regem FRIDERICUM, Civitatesque Saxonicas atque maritimas, ut ſeſe Fœderatis aſſociarent, conveniebant Smalcaldiæ D. XXIX. Martii. cIↃIↃxxxI. JOHANNES FRIDERICUS, Electoris Saxoniæ ægrotantis, filius, Principes & Civitates antea memoratæ cum Daniæ Rege, Principibus ac Civitatis ſpecialiter invitatis. Et Daniæ quidem Rex, ſe amare Evangelii Doctrinam profitebatur, ſed multos eſſe in Regno ſuo Epiſcopos tàm opibus quam Nobilitatis neceſſitudine, quin & clientelis oppido potentes, nec integrum ſibi eſſe ajebat, inire Fœdus hoc tanquam Regem, quoad alias verò ſuas Provincias, in Imperio Germanico ſitas non abhorrere ſeſe. Mecklenburgenſis Dux objiciebat, Legatos ſuos ſubſcripſiſſe Decreto Auguſtano cIↃIↃxxx. nullatenus verò ſe contra Fœderatos adverſi quicquam ſuſcepturum. Pomeraniæ Princeps de propenſione ſua conteſtabatur, ſummam autem Rerum pene apud Fratrem adhuc reſidere majorem. Lubecenſes non planè detrectabant Fœdus, ſed ſe ingentes Belli ſumtus erogâſſe, prætexebant; Inſuper eſſe penſiculandum quid expectare habeant præſidii ſi fortè Daniæ Rex Chriſtianus Regno pulſus, vim ipſis inferat. Lüneburgenſes, ſe quid Principi ſuo Erneſto placeret, facturos eſſe recipiebant. Georgius autem Elector Brandenburgicus, Noriberga, Campidonum, Heilbrunna, repudiabant Fœdus, ſe tamen manifeſtas turbas, & flagitia in Ditionibus ſuis ſevere punituros. Vid. Joh. Sleidan. *Lib.* VIII. *de Stat. Eccleſiaſt. ad Ann. MDXXXI. pag.* 194. *ſeq.*

(22.) Utrinque ventum erat ad extremum, ideò ALBERTUS Marchio Brandenburgicus, Cardinalis Elector, nec non Archi Epiſcopus Moguntinus ac Magdeburgenſis, unà cum LUDOVICO Palatino Rheni, ab Imperatore Karolo V. impetrant, ut An. cIↃIↃxxxII. *Menſe Aprili* Schvveinfurti Tractatus de Pace ſuſciperentur; Qui Norimbergæ propagati *D.* XXIII. *Julii* dicti anni ad finem perducti.

(23.) Spondent in hac Pacificatione Nomine Imperatoris, Interceſſores Moguntinus & Palatinus, hanc Pacem usque ad Concilium Generale, vel proxima Imperii Comitia ſanctè cuſtodiri, & interdicunt ſeverè, ut ne quis interea, Religionis cauſſâ, aut ſub ullo alio prætextu alteri, Bellum indicat, inferat, ipſumve ſpoliet, capiat, invadat, obſideat ne-

neque hac fini per Se aut alterum cuiquam officia præſtet, Arces, Urbes, Oppida, Caſtella, Villas vel Prædia occupet, aut, altero invito, violenter adjuvet, dolove malo, incendiis vel aliâ ratione alteri detrimentum afferat, aut inſidiantibus & machinantibus conſilio, auxilio, hoſpitatione, victu aut potu adſiſtat, ſed unusquisque alterum verâ amicitia & Chriſtiana charitate complectatur, utque hæc Pax eò firmius ſtabiliatur, polliceri Cæſaream Majeſtatem, Se omnes Proceſſus Judiciales, Religionem attinentes, per Fiſcalem Cæſareum, aliosve contra Electorem Saxoniæ, Eique Conjunctos, ſive inchoatos, ſive ſuſcipiendos interdicere, & ad Concilium usque, aut ulteriorem Statuum Imperii Congregationem ſuſpendere velle. *Digna ſunt Pacificationis verba, quæ adponantur integra, quibus nihil nec in Transactione Paſſavienſi, nec ipſa Religionis pace conſpicitur expreſſius:* Von Gottes Gnaden / Wir Albrecht / der Heil. Römiſchen Kirchen des Tituls Sancti Petri ad vincula Prieſter-Cardinal und gebohrner Legat zu Mayntz und Magdeburg / Ertz-Biſchoff / Ertz-Cantzler / und Primas in Germanien / Adminiſtrator zu Halberſtad / Marggraff zu Brandenburg ꝛc. Und Ludwig Pfaltzgraff bey Rhein / Hertzog in Beyern / des Heil. Römiſchen Reichs Ertz-Truchſes / beyde ChurFürſten / bekennen und thun offentlich mit dieſem gegenwärtigen Abſchied: Als ſich zwiſchen dem Allerdurchleuchtigſten / Großmächtigſten Fürſten und Herrn / Herrn Carln / Römiſchen Kayſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. Unſern Allergnädigſten Herrn an einem; Und den Hochgebohrnen Fürſten / Unſern lieben Vettern und Oheimen / Herrn Johanſen / Hertzogen zu Sachſen / ChurFürſten / und Hertzogs Johann Friederichen / Seiner Liebden Sohn / Herrn Georgen Marggraffen zu Brandenburg / Herrn Philipſen / Ernſten und Frantzen / Gebrüdern und Vettern / Hertzogen zu Braunſchweig und Lüneburg / Fürſt Wolffgangen zu Anhalt / Gebharden und Albrechten / Grafen zu Mannsfeld / und den Städten Straßburg / Nürnberg / Coſtans / Ulm / Bibrach / Jßin / Reutlingen / Eßlingen / Memmingen / Lindau / Heilbrunn / Hall in Schwaben / Kempten / Weiſſenburg / Winßheim / Braunſchweig / Magdeburg / Bremen / Goßlar / Einbeck / Göttingen / Nordhauſen und Hamburg / andern Theils des Glaubens halben / etliche Zeit her Mißverſtand und Jrrung erhalten: Derhalben auff hievor gehaltenen Reichs-Tagen vielfältige Handlungen fürgenommen und geſucht / wie man ſolcher Jrrungen und Mißverſtands zu billiger Vergleichung kommen möchte / welches aber biß daher nicht geſchehen mögen. Und wie Uns alſo / zu Erhaltung Einigkeit und Frieden im H. Reich / und ſonderlich / damit dem gemeinen Fried der Chriſtenheit / dem Türcken / deſto ſtattlicher begegnet / und ſein grauſam tyranniſch Fürnehmen gegen dem Chriſtlichem Blut / und ſonderlich der Teuſchen Nation / abgewendet werden möge / gantz unterthäniger / getreuer / guter Meynung in die Sache geſchlagen / und auff Käyſerlicher Majeſtät gnädige Zulaſſung / auch ihrer Käyſerlichen Majeſtät uns derhalben zugeſtelleten Gewalts / Inſtruction und Befehls / und Unſerer Oheimen und Vettern / und Jh. verwandten / obbemelter Bewilligung / anfänglich zu Schweinfurt / und folgends allhier zu Nürnberg vielfältige / gütige Handlung gepfleget. Dieweil aber die Sache des Glaubens / auff vielfältig gehabte Handlung / zu Vergleichung nicht hat bracht werden mögen / haben wir zu Gemüthe geführet / daß dem tyranniſchen grauſamen fürnehmen des Türcken nicht ſtattlicher Widerſtand geſchehen möge / dann ſo im Heil. Reich ein beſtändiger gemeiner Friede auffgerichtet würde; Darum Wir dann Jhr. Majeſtät zum unterthänigſten erſucht und gebethen. Daß demnach auff ſolche unſere geübte Unterhandlung unterthäniglich Anſuchen und Bitt / die Röm. Käyſerliche Majeſtät / unſer Allergnädigſter Herr / als das Oberſte Haupt im Heiligen Reich / auß ſonderer Zuneigung und Begierde / ſo Jhre Majeſtät zu gemeinem Friede tragen / zuletzt gnädiglich bewilliget / einen gemeinen bewilligten Frieden / zwiſchen Jhro Majeſtät und allen Ständen des Heiligen Röm. Reichs Teutſcher Nation / Geiſtlichen und Weltlichen / auffzurichten / biß zu einem gemeinen Concilio, wie ſolches zu Nürnberg auf dem Reichs-Tag beſchloſſen iſt / Oder ſo das ſeinen Fortgang nicht haben würde / biß die gemeine Stände des Reichs auff eine gelegene Mahlſtat wieder beruffen und beſchrieben würden / wie dann hernach in einem ſondern Articul begriffen wird / dergeſtalt: §. 1. daß hierzwiſchen demſelben Concilio, oder daß die Stände / wie jetzt gemeldet / wieder zu einander kommen / und anders berathſchlaget wird / keiner den andern ,, des Glaubens / noch ſonſt keiner andern Urſachen '' halben / beleydigen / bekriegen / berauben / fahen / ,, überziehen / belägern / auch darzu durch ſich ſelbſt oder jemand anders von ſeinetwegen / nicht dienen / '' noch einige Schlöſſer / Städte / Märckte / ,, Beveſtigungen / Dörffer / Höfe oder Weyler abſteigen / oder ohne des andern Willen mit gewal- '' tiger That / freventlich einnehmen oder gefährlichen mit Brand / oder andere wege dermaſſen be- '' ſchädigen / noch niemand ſolchen Thätern Rath / ,, Hülff / und in andere Weiſe keinen Beyſtand oder Fürſchub thun / auch ſie wiſſentlich und ge- '' fährlich nicht beherbergen / behauſen / ätzen / trän- ,, cken / enthalten / oder geduldẽ / ſondern ein jeder den andern mit rechter Freundſchafft und '' Chriſtlicher Liebe meynen ſolle. Welchen jetzt gemeldten gemeinen Frieden / die Kayſerliche Majeſtät allen Ständen im Heil. Reich auß- und verkunden / und bey einer nahmlichen / ſchweren / anſehnlichen Pön zu halten gebieten / auch gnädigen Fleiß fürwenden wolle / daß das obgemeldte Concilium in einem halben Jahr außgeſchrieben und publiciret, und darnach in einem Jahr gehalten / und im Fall / ſo das nicht erlanget werden möchte / daß als dann die gemeine Stände des Reichs / wieder zu einander auf eine gelegene Mahlſtatt beruffen und beſchrieben werden / zu rathſchlagen / was des gemeldten Concilii, und ſonſt anderer nothdürfftigen Sachen halben fürter fürzunehmen und zu handeln ſey. " §. 2. Dazu hat die Röm. Kayſerliche ,, Majeſtät zu mehrer und beſtändiger Erhal- '' tung ſolches obgemeldten gemeinen Friedens / ,, gnädiglich bewilliget und zugeſagt / daß Jhro Majeſtät alle Rechtfertigungen / in Sachen den '' Glauben belangend / ſo durch Jhro Majeſtät Fiſcal, und andere / wieder den ChurFür- '' ſten zu Sachſen / und Jhre Zugewandten an- ,, gefangen worden / oder noch angefangen werden möchte / einſtellen wolle / biß zu nechſtkünffti- ,, gem Concilio. Oder / ſo das Concilium nicht

gehal-

„gehalten/durch die Stände in andere Wege dar-
„inn geſehen werde/wie dann die Kayſerliche Ma-
„jeſtät Uns deſſen eine Verſicherung / vermöge
„ihres gnädigen Schreibens Uns deßhalben ge-
„than/zu unſern Händen gnädiglich zuſtellen wol-
le. §. 3. Dargegen ſollen und wollen obgemeldte
Unſere Vettern und Oheimen/ Sachſen Lüneburg
und Jh. Ld. Zugewandte/ſolchen gemeinen Frieden
ihres theils ſtet und feſtiglich halten/ darwider nicht
thun noch handeln/ in keine Wege/ auch Kayſerl.
Majeſtät unterthänigen auch ſchuldigen Gehor-
ſam erzeigen/ auch ihre gebührende Hülffe / zu Wi-
derſtand des Türcken/wie die durch gemeine Stän-
de bewilliget und geſchloſſen iſt / unterthänigſt lei-
ſten und ſchicken / allermaſſen / wie ſie ſich in ihrer
Antwort/ſo ſie uns ſchrifftlich übergeben/des erbot-
ten/ und haben vernehmen laſſen. §. 4. Und nach-
dem ſich bemelte Unſere Oheimen und Vettern in
derſelben ihrer Antwort/ etlicher Wort / in den letz-
ten Kayſerlichen Majeſtät Befehl und Artickeln
auch beſchweret / und uns darum freundlich und
unterthäniglich gebeten / daß wir ſolche ihre Be-
ſchwerung/ an die Kayſerliche Majeſtät durch eine
geſchickte Bottſchafft bringen und guten Fleiß für-
wenden wolten / darinnen gnädige Enderung zu
erlangen; Dergleichen anzuhalten und zu ſolliciri-
ren/daß die angezogene Verſicherung/ wie wir Ih-
rer Majeſtät das Copey zuſchicken / zum förderlich-
ſten auch verfertiget/ und zu unſern Händen kom-
men mög: Und was alſo von Kayſerlicher Maje-
ſtät erlangt/ oder zur Antwort entſtehen wird / das
ſollen und wollen wir unſern Vetttern und Ohei-
men/ dem Churfürſten zu Sachſen/ zum förderlich-
ſten in Schrifften eröffnen und zu erkennen geben.
Was auch Jhre Majeſtät alſo weiter bewilligen
und nachlaſſen würde/ das ſoll in Kräfften ſeyn
und bleiben/ als wäre diß in dieſem Abſchied von
Worten zu Worten begriffen; Jm Fall aber/ ſo
die Kayſerliche Majeſtät nichts weiters nachlaſſen
noch ändern wolte/ ſo ſoll dennoch dieſe Abrede in
Kräfften ſeyn und bleiben / und ihres Jnhalts voll-
zogen / und deren nachgegangen werden / ohn alle
Außzüg und Behelff/ſonder Gefehrde. §. 5. Und
dieweil der hochgebohrne Fürſt/ Herr Philips Land-
graff zu Heſſen / Unſer lieber Vetter / und Oheim/
ſeine geſandte Bottſchafft / nehmlich / Johan Fei-
gen von der Lichtenau / Cantzler Sigmund von
Beineburg / Landvoigt an der Werra / und Jo-
hann Walther Doctor, bey dieſer Handlung auch
gehabt. So haben doch dieſelben Bottſchafften
angezeigt / daß dieſer Zeit an ihrem Befehl nicht
wäre/dieſen Abſchied anzunehmen/ wie ſie Uns dann
des ihre Urſachen und Beſchwerungen in Schriff-
ten übergeben und gebeten haben / die der Kayſer.
Maj. zum unterthänigſten zu eröffnen/das wir auch
alſo mit Fleiß zu thun angenommen. Und haben
ſich gemeldte Bottſchafften /daneben erbotten / die-
ſe ergangene Handlung und Abſcheid / an gemeld-
ten unſern Oheim mit beſtem Fleiß zu gelangen:
der ungezweiffelten Zuverſicht / ſeine Liebde würde
ſich darauff ihres Gemüths auch vernehmen laſſen.
§. 6. Deß zu Urkund haben wir beyde Churfür-
ſten obgemeldt unſer Jnſiegel an dieſen Brieff ge-
hangen. Und von GOttes Gnaden / Wir Jo-
hann Friederich / an ſtatt und von wegen unſers
Herrn und Vatters / des Churfürſten zu Sachſen/
und unſer ſelbſt/ auch von wegen unſers Oheimen/
Hertzog Philipſen zu Braunſchweig / Franciſcus/
Hertzog zu Braunſchweig und Lüneburg. Und
wir nachbenannte Bottſchafften / nemlich von we-
gen Herrn Georgen / Marggraffen zu Branden-
burg/Wolff Chriſtoff von Wiſſenthau/ Amtmann
zu Schwabach/ und Sebaſtian Heller / Doctor.
Von wegen Herrn Ernſten/ Hertzogen zu Braun-
ſchweig und Lüneburg / Johann von der Wick/
Doctor; Von wegen Fürſt Wolffens von An-
halt / Graff Gebhards und Graff Albrechts von
Mannsfeld/ Johann Rückel/ Doctor; Von we-
gen der Stadt Straßburg / Jacob Sturm / alter
Stadtmeiſter/ und Jacob Meyer; Von wegen der
Stadt Nürnberg/ Bernhard Baumgärtner/ und
Leonhard Schultheiß/ und mit Befehl der Städ-
te Hall in Schwaben / Heilbronn / Winsheim
und Weiſſenburg am Storckaw. Von wegen
Lübeck/Andreas Stolp Secretarius, mit Befehl de-
rer von Hamburg; Von wegen der Stadt Con-
ſtantz/ Conrad Zwick und Sebaſtian Geyßberg;
Von wegen der Stadt Ulm Georg Beſſerer / alter
Burgermeiſter/ und Hieronymus Schleicher und
dieſelben mit befehl der Stadt Jßin; von wegen der
alten Stadt Magdeburg/ Leonhard Mertz / Doct.
und Syndicus; Von wegen der Stadt Bremen/
Johan von der Wick/ Doctor, obgenannt; Von
wegen der Stadt Braunſchweig/ Dietrich Preuß/
Secretarius, und mit Befehl derer von Goßlar/
Göttingen und Einbeck; Von wegen der Stadt
Nordhauſen/ Benedictus Pauli; Von wegen der
Stadt Eßlingen/ Bernhard Matzbeck; Von we-
gen der Stadt Reutlingen / Joſt Weiß/ Burger-
meiſter; Von wegen der Stadt Memmingen /
Hanß Keller/ Bürgermeiſter; Von wegen der
Stadt Lindau/ Antoni Heüle; Von wegen der
Stadt Biberach/ Chriſtoff Greter Bürgermeiſter;
Von wegen der Stadt Kempten / Heinrich Sel-
tenhan. Bekennen / daß obgemeldter Abſcheid
mit unſerm guten Wiſſen und Willen auffgerich-
tet und betheidingt iſt/dem Wir alſo wiſſentlich für
uns und unſere Herrſchafften und Obern ange-
nommen und bewilliget haben. Und gereden und
verpflichten demnach von Uns / unſere Herrſchafft
und Obern / dem alſo nachzukommen und zu gele-
ben/ und darwider nicht zuthun / in keine Wege.
Und des Urkund haben Wir Hertzog Johann Frie-
derich obgemeldt von Unſers Herrn Vattern/ und
Unſers auch der obgemeldten Städte Geſandten
Bottſchafft wegen/ Unſer Jnſiegel an dieſen Brieff
gehangen / der gegeben iſt zu Nürnberg Dienſt-
tags nach Mariä Magdelenä/ nach Chriſti Geburt
1532. Jahr. Vide Fridericum Hortlederum *Libr.*
1. *de Cauſ. Belli Germanic. cap. X. Tom. 1. fol.* 65.
„Neceſſe eſt, ut in Latino adponatur Idiomate
„Pacificatio, in gratiam Eorum, qui vernaculæ no-
„ſtræ ſunt neſcii: Dei Gratia Nos Albertus, Sacræ
„Romanæ Eccleſiæ, tituli Sancti Petri ad Vincula,
„Presbyter Cardinalis, Legatus natus, Moguntinus
„ac Magdeburgenſis ArchiEpiſcopus, ArchiCan-
„cellarius & Primas per Germaniam, Adminiſtra-
„tor Halberſtadienſis Marggravius Brandenbur-
„genſis &c. Et Ludovicus Palatinus Rheni, Dux
„Bavariæ, Sacri Romani Imperii Archi Dapifer,
„ambo Electores, fatemur & publicè teſtatum fa-
„cimus hisce Litteris. Quum inter Invictiſſimum
„Principem ac Dominum, Dominum CAROLUM,
„Romanum Imperatorem, ſemper Auguſtum, &c.
„Dominum noſtrum Clementiſſimum, ex una par-
„te; Et Illuſtriſſimos Principes, Noſtros charos

„Agnatos & conſanguineos, Dominum JOHAN-
„NEM, Ducem Saxoniæ, Electorem &c. & Jo-
„hannem Fridericum ejus Filium; Dominum Ge-
„orgium Marggravium Brandenburgenſem; Do-
„minum Philippum, Erneſtum & Franciſcum, Fra-
„tres & Agnatos, Duces Brunſvvicenſes; Prin-
„cipem Wolffgangum ab Anhalt; Gebhardum &
„Albertum, Comites in Mansfeld; Et civitates Ar-
„gentinam, Norimbergam, Conſtantiam, Ulmam,
„Bibrachium, Iſnam, Reutlingam, Eslingiã, Mem-
„mingam, Lindam, Heilbrun, Hallim Suev. Kemp-
„ten, Weiſſenburgum, Winshemiam, Lubecã, Bru-
novicum, Magdeburgum, Bremam, Goslariam,
”Einbecam, Gottingiam, Northuſiam, & Hambur-
„gam ex alterâ Parte, propter cauſſam Religionis,
controverſia exſtiterit: Cujus rei gratia in Co-
”mitiis Imperialibus antea habitis, multæ & variæ
„deliberationes ſuſceptæ & tentatæ ſunt, ut iſtius-
modi controverſia & diſceptatio ad aliquam æ-
”quam concordiam redigeretur. Quod quidem
„hactenus fieri non potuit, Nosque pro conſervan-
”da Pace & Concordia Publica in Imperio, & præ-
”cipuè, ut communi Chriſtiani Nominis Hoſti,
Turcæ videlicet, eò meliùs & acriùs reſiſti, ejusque
”crudeliſſimi conatus adverſus Chriſtianum ſan-
„guinem, & inprimis Germanicæ Nationis ſuſce-
pti, averti poſſunt, fideliſſimo & optimo animo ac
”conſilio, Partes Noſtras interponendas putavi-
„mus; Ac permiſſu Cæſareæ Majeſtatis, Nobisque
Ejus rei gratia conceſſi Mandati, Inſtructionis &
”Commiſſionis, & de prædictorum Noſtrorum
Conſanguineorum ac Agnatorum, Eorumque
”conjunctorum conſenſu, primum Steinfordiæ,
„poſt Norimbergæ, varias amicabilis Compoſitio-
nis vias tentavimus. Et quoniam cauſſa Con-
”troverſiæ Religionis, multis Laboribus fruſtra
„ſuſceptis, non potuit ad aliquam Concordiam re-
duci, ad animum revocavimus id quod res eſt, non
”poſſe crudelitati ac Tyrannidi Turcicæ validius
„reſiſti, quàm ſi in Imperio, communis ac firma
Pax conſtituatur. Pro quâ re apud Ejus Maje-
”ſtatem cum debita Reverentia interceſſimus &
impetravimus, ut Ipſius Majeſtas, tanquam ſupre-
”mum caput Imperii, ex ſingulari Animi Propen-
”ſione, erga Pacem & tranquillitatem publicam,
tandem clementer conſenſerit, ut communis ac
”publica Pax, inter Ipſius Majeſtatem, & omnes Sta-
„tus Imperii Germanicæ Nationis, tam Eccleſia-
ſticos, quam Secnlares conſtituatur & firmetur uſ-
”que ad generale, liberum Chriſtianum Conci-
„lium, quemadmodum de hoc in Comitiis Impe-
rialibus Norimbergæ decretum eſt, vel ſi id non
”procedat, ad hoc uſque tempus, donec communes
Status Imperii, ad locum commodum iterum con-
”vocentur & conſcribantur, ut infra in peculiari
”Articulo eâ de re cautum eſt, §. 1. ita videlicet, ut
interea temporis uſque ad prædictum Concilium,
”vel quod Status Imperii iterum convenerint, &
„aliter deliberaverint, nemo propter Religionis,
vel ullam aliam cauſſam, alteri Bellum indicet, in-
”ferat, Ipſumque ſpoliet, invadat, capiat, obſideat,
„neque ad hæc facienda per ſe, vel per alium, cui-
quam inſerviat, arces, urbes, oppida, caſtella, pa-
”gos, villas ſive prædia inſidiis occupet, aut contra
„voluntatem alterius violenter adimat, dolove ma-
lo, incendiis vel alia ratione alteri damnum det,
”neque ullis iſtiusmodi machinatoribus conſilio,
„auxilio vel alio modo opem ferat, neque eos ſciens
hoſpitio excipiat, victum, potum aut receptum
”præbeat, aut toleret, ſed unusquisque alterum vera
„amicitia & Chriſtiana charitate complectatur.
Quam Pacem Publicam jam deſcriptam Cæſarea
”Majeſtas univerſis Imperii ordinibus publicari ac
„annunciari curavit, & ſub expreſsâ, gravi & for-
midabili pœna ſervandam mandavit, ſeque beni-
”gnè operam daturum eſſe promiſit, ut prædictum
Concilium, intra dimidium annum indicatur, &
”deinde intra unum annum inchoetur. Si verò
”fieri non poſſet, ut hoc caſu communes Status Im-
perii iterum ad locum commodum vocentur &
”conſcribantur, ad deliberandum, quid impoſte-
„rum cum de Concilio, tum de aliis rebus neceſſa-
riis agendum & ſtatuendum ſit. §. 2. Ad hæc
”Cæſarea Majeſtas, ut talis Pax Publica eo certius &
„ſtabilius conſervari poſſet, benigne conſenſit ac
promiſit, quod omnes Proceſſus judiciales in cauſ-
”ſis Religionis, qui per Ipſius Majeſtatis Fiſcalem,
„& alios contra Electorem Saxoniæ, & Ejus Con-
”junctos, inchoati eſſent, aut deinceps inchoaren-
”tur, inhibere, abrogare & ſuſpendere velit, uſque
ad futurum Concilium, vel ſi hoc non procedat,
”uſq; ad ulteriorem deliberationem prædictorum
„Statuum Imperii, quorum quidem omnium Ipſius
Majeſtas cautionem ad manus Noſtras transmit-
”tere aut tradere velit. §. 3. Viciſſim verò Agna-
ti & Conſanguinei Noſtri, Saxoniæ Elector, Du-
”ces Lüneburgenſes, & alii Eorum Conjuncti pro-
”miſerunt, ſe quoque hanc Publicam Pacificatio-
nem conſtanter & bona fide ſervaturos, neque in
”hujus Præjudicium quidquam ſuſcepturos eſſe,
„quodque Cæſareæ Majeſtati debitam reveren-
tiam & obedientiam præſtare, & convenientem
”opem ac auxilium contra Turcam, ſicut hoc per
„communes Status Imperii decretum eſt, non gra-
vatim conferre velint, prorſus ad eum modum,
”quemadmodum de his omnibus, in ſuo quodam
„reſponſo, quod nobis ſcriptum reddi curaverunt
clare expreſſum. §. 4. In quo quidem & hoc
”continetur, quod verbis quibusdam in poſtrema
Cæſareæ Majeſtatis commiſſione & Articulis ad-
”poſitis, gravari videantur, nosque rogarunt, ut hoc
„per Noſtram Legationem ad Cæſaream Majeſta-
tem referre, & diligenter operam dare velimus,
”ut eorum verborum commoda mutatio impetre-
„tur, quod quidem Nos facturos amanter & beni-
gne polliciti ſumus. Ac præterea, quod inſtare
”& urgere velimus, ut ſupradicta cautio, cujus Nos
„exemplum Cæſareæ Majeſtati miſimus, primo
quoque tempore abſolvatur & nobis reddatur. Et
”quidquid à Cæſarea Majeſtate Nos obtinuerimus,
aut Reſponſi acceperimus, id Nos abſque ulla cun-
”ctatione Principi Electori Saxoniæ litteris ſigni-
„ficabimus, debetque illud ipſum, quod Cæſarea
Majeſtas ultra hæc conceſſerit aut ratum habue-
”rit, perinde firmum eſſe, ac ſi hisce Litteris inſer-
„tum ac comprehenſum foret. Sin autem Cæſa-
rea Majeſtas præter hæc nihil amplius concedere,
”neque mutationem aliquam admittere voluerit,
nihilominus hæc tractatio valida & firma ma-
”neat, eidemque fine ulla exceptione, cavillatione,
„aut dolo malo ſtandum erit. §. 5. Et quanquam
Illuſtris Principis, Domini Philippi Landgravii
”Haſſiæ &c. Oratores, Johannes Ficinus ab Liech-
„tenau, Cancellarius, Sigismundus à Beyneburg,
Præſes ad Viſurgim, Johannes Waltherus Doctor
”hisce negotiis interfuerunt, tamen iidem nobis
indi-

indicarunt, quod hoc tempore non ſit in ipſorum poteſtate aut mandatis, in hanc Tractationem conſentire & concludere, Ejusque rei cauſſas, Gravamina perſcripta nobis exhibuerunt, ac rogarunt, ut de his Cæſaream Majeſtatem certiorem reddere velimus. Quod quidem nos facturos promiſimus; Verum nihilominus & hoc illi addiderunt, quod hæc negotia & Tractationem, ad prædictum noſtrum Cognatum, Landgravium Haſſiæ &c. qua poſſent diligentia, relaturi eſſent, nihil dubitantes, quin is ſuum quoque Animum & ſententiam de his rebus declaraturus ſit. §. 6. In ſignum & teſtimonium horum omnium, nos ambo Electores ſupradicti, noſtra Sigilla his Litteris appendi curavimus. Et Dei Beneficio nos Johannes Fridericus Dux Saxoniæ &c. Patris Noſtri Principis Electoris Saxoniæ, & noſtro Nomine. Et Nos Franciſcus Dux Brunſvvicenſis & Lünæburgenſis, nomine Agnati Noſtri Ducis Philippi Brunſvvicenſis. Ac Nos Oratores & Mandatarii, nempe nomine Marchionis Georgii Brandenburgenſis, Wolffgangus Chriſtophorus à Wiſenthau, Præfectus in Schvvabach, & Sebaſtianus Heller, Doctor. Nomine Ducis Erneſti Brunſvicenſis & Lünæburgenſis Johannes à Wick Doctor. Nomine Principis ab Anhalt, Wolffgangi, & item Comitum Gebhardi & Alberti à Mansfeld, Johannes Rudius Doctor. Nomine Civitatis Argentinenſis, Jacobus Sturmius & Jacobus Mayer. Nomine Civitatis Norimbergenſis, Bernhardus Baumgærtner, & Leonhard Schultes, hique cum Mandatis Civitatum Hallis Suevorum, Heilbrun, Winsheim & Wiſſenburgii. Nomine Lubecenſium, Andreas Stolp, Secretarius, cum Mandato Civitatis Hamburgenſis. Nomine Civitatis Conſtantienſis Conradus Zwick & Sebaſtianus Geysberg. Nomine Civitatis Ulmenſis, Georgius Beſſerer Duumvir, & Hieronymus Schleicher, & hi cum mandatis Civitatis Iſnenſis. Nomine Civitatis Magdeburgenſis, Leonhardus Mertz Doctor & Syndicus. Nomine Civitatis Bremenſis ſupradictus Johannes à Wick Doctor. Nomine Civitatis Brunſvicenſis, Theodorus Brutenus Secretarius, & is cum Mandatis Civitatis Goslarienſis, Gottingiæ & Einbecæ. Nomine Civitatis Northuſianæ, Benedictus Pauli Doctor. Nomine Civitatis Eslingenſis, Bernhardus Mazbeck. Nomine Civitatis Reutlingenſis, Juſtus Weys Duumvir. Nomine Civitatis Memmingenſis, Johannes Keller, Duumvir. Nomine civitatis Lindaenſis Antonius Huule. Nomine civitatis Bibracenſis, Chriſtophorus Greter Duumvir. Nomine civitatis Kempten, Henricus Seltenhan. Fatemur, quod ſupradicta Tractatio ſeu Pacificatio, de conſenſu & voluntate Noſtra facta & inita ſit, Quam quidem Nos, Noſtro ac Dominorum ac ſuperiorum nomine, ſcientes & conſentientes, recepimus, promittimusque Noſtro & Ipſorum nomine, hanc Nos ſemper ratam & firmam habituros & conſervaturos, neque ullo modo contra hanc obligationem venturos eſſe. In ſignum & teſtimonium horum, Nos Johannes Fridericus, Patris Noſtri & Noſtro, ac item jam nominatarum civitatum, Oratorum ac Mandatariorum nomine, Sigillum Noſtrum, juxta prædictorum duorum Electorum, his Litteris appendimus; Quæ datæ ſunt Norimbergæ, feriâ tertiâ poſt Mariæ Magdalenæ Feſtum, Anno Domini M D XXXII.

24. Confirmationem hujus Pacis, ab Interceſſoribus ſtipulatam, Imperator Edicto Publico Ratisbonæ D. 11. Auguſt. M D XXXII. communiter Mandatum Ratisbonenſe, das Regenſpurgiſche Mandat, appellatur promulget & cameræ Imperiali, ut in abolendis de Religione Proceſſibus Edictum obſervet ſeriò præcipit. Vernacula ita ſe habet: Wir Carl von GOttes Gnaden Römiſcher Kayſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. Bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Brieff / als Wir den Hochwürdigen in GOtt Vatter / und Hochgebohrnen Albrechten / der Heil. Römiſchen Kirchen Cardinaln / Ertzbiſchoff zu Mayntz und Magdeburg; Und Ludwigen Pfaltzgraffen bey Rhein / Hertzogen in Bayern ꝛc. Unſern lieben Freunden / Oheimen und Churfürſten / zwiſchen Uns und dem Churfürſten zu Sachſen / und Seiner Lbd. Sohn / Georgen Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. und Ihren Mitverwandten / Graffen und Stådten / in der ſtreitigen Religions-Sache gůtlich zu handeln gnådig gewillet / vermöge Unſers Gewalts / Inſtruction und Befehls / Ihren Lbd. Lbd. deswegen zugeſtellet und gegeben / und alſo vielfåltige gůtliche Unterhandlung anfånglich zu Schweinfurt / und folgends zu Nůrnberg geůbet / und die Sach zuletzt dahin kommen / daß Wir / als das oberſte Haupt im Heil. Reich / gemeldten Unſern Freunden / Oheimen und Churfürſten / Mayntz und Pfaltz gnådiglich gewilliget / einen gemeinen beſtåndigen Frieden zwiſchen Uns und allen Stånden des Heil. Reichs Teutſcher Nation, Geiſtlichen und Weltlichen auffzurichten / biß auff ein gemein frey Chriſtlich Concilium, wie ſolches auff dem Reichstag zu Nůrnberg beſchloſſen / oder ſo das ſeinen Fortgang nicht haben würde / biß die gemeine Stånde des Reichs auff eine gelegene Mahlſtatt wieder beruffen und beſchrieben würden / wie denn hernach in einem beſondern Articul begriffen wird / dergeſtalt: daß hiezwiſchen denſelbigen / oder biß die Stånde / wie jetzt gemeldt / wieder zu einander kommen / und anders berathſchlagen wird / keiner den andern des Glaubens / noch ſonſt keiner andern Urſach halben / bevehden / bekriegen / berauben / fahen / ůberziehen / belågern / oder auch dazu durch ſich ſelbſt / oder jemand anders von ſeinetwegen nicht dienen / noch einig Schloß / Stådte / Mårckte / Befeſtigung / Dörffer / Höfe / oder Weyler abſteigen / oder ohne des andern Willen mit gewaltiger That freventlich einnehmen / oder gefåhrlich mit Brand / oder in andere Wege dermaſſen beſchådigen / noch jemand ſolchen Thåtern / Rath / Hůlffe / und in keine Weiſe Beyſtand oder Fůrſchub thun / auch ſie wiſſentlich und gefåhrlich nicht beherbergen / behauſen / åtzen / trăncken / enthalten oder gedulden / ſondern ein jeder den andern mit rechter Freundſchafft und Chriſtlicher Liebe meynen ſolle. Welchen jetztgemeldten gemeinen Frieden Wir / die Kayſerl. Majeſtåt allen Stånden des Heil. Reichs außſchreiben und verkůndigen / und bey einer namlichen / ſchweren / anſehnlichen Pön zu halten gebieten / auch gnådigen Fleiß fürwenden wollen / daß das obgemeldte Concilium in einem halben Jahr außgeſchrieben und publiciret / und darnach in einem Jahr gehalten / und im Fall / ſo das nicht erlanget werden möchte / daß alsdann die gemeinen Stånde des Reichs wieder zu einander auff eine gelegene Mahlſtatt beberuffen und beſchrieben werden / zu rathſchlagen / was des gemeldten Concilii, und ſonſt anderer

nothdürfftigen Sachen halber fürter fürzunehmen und zu handeln ſey. Daß Wir demnach zu mehrer und beſtändiger Erhaltung ſolches obgemeldten gemeinen Friedens gnädiglich gewilliget und zugeſagt / alle Rechtfertigung in Sachen den Glauben belangende / ſo durch Unſern Fiſcal / und andere wider den Churfürſten zu Sachſen / und ſeine Zugewandte angefangen wären / oder noch angefangen werden möchten / anſtellen wollen / biß zu nechſtkünfftigen Concilio, oder ſo das Concilium nicht gehalten / durch die Stände obgemeldter maſſen in andere Wege darein geſehen würde / und ſo darüber Sachſen / und ſeine Zugewandten / ſämtlich und ſonderlich von jemand / wer der wäre / derhalben mit Recht angelangt und beſchweret würde / ſo ſoll der / oder dieſelben / ſo alſo mit Recht fürgenommen / bey Uns / ſo Wir im Heil. Reich Teutſcher Nation wären / oder aber in Unſerm Abweſen bey Unſern geordneten Statthalter oder Befehlhaber / die des von Uns / ſonder außgetruckten Befehl haben ſollen / ſolche fürgenommiene Rechtfertigung abſchaffen und anſtellen / in und mit Krafft dieſes Brieffes / und ſo darüber von einigen Richtern und Gerichten procediret / gehandelt und geurtheilet würde / daß alles und jedes ſoll nichtig / krafftloß und von Unwürden ſeyn / und der / oder dieſelben / dawider alſo procediret und geurtheilet wird / nicht binden / noch verpflichten in keine Weg. Zu Urkund ꝛc. Vide Fridericum Hortlederum *Tom. I. de Cauſs. Belli Germanic. Lib. I. Cap. VII.* Idioma Latinum exhibet Goldaſtus *Tom. II. Conſtit. Imper. pag.* 174. tenore ſequaci:

„Nos CAROLUS Dei Gratia, Imperator Roma-
„nus, Semper Auguſtus &c. Fatemur & teſtatum fa-
„cimus hisce Litteris. Quoniam Reverendo in Deo
„Patri, & Illuſtribus, Alberto Sacræ Romanæ Eccle-
„ſiæ Presbytero Cardinali, ArchiEpiſcopo Mogun-
„tino & Magdeburgenſi; &c. Ludovico Palatino
„Rheni, Duci Bavariæ &c. Noſtris Amicis, Cogna-
„tis & Electoribus, inter Nos & Principem Electo-
„rem Saxoniæ & Ejusdem Filium, ac GEOR-
„GIUM, Marggravium Brandenburgenſem &c.
„& Ipſorum Conjunctos, Comites ac Civitates in
„controverſiâ Religionis amicabiliter Partes ſuas
„interponendi ac tractandi poteſtatem, benignè
„conceſſimus, vigore Noſtri Mandati & Inſtructio-
„nis, Eis hanc ob cauſſam à nobis exhibitæ, Ipſique
„toties eam rem, primùm Schvinfordiæ, deinde
„Norimbergæ tentarunt, tandem eo deventum eſ-
„ſe, quod Nos, ut ſupremum caput Imperii, prædictis
„Noſtris Amicis, Cognatis & Electoribus, Mogun-
„tino & Palatino, conſenſimus, ut publicam ſtabi-
„lemque Pacem inter Nos & omnes Status Sacri
„Imperii Germanicæ Nationis, Eccleſiaſticos &
„Seculares faciant, uſque ad generale, liberum &
„Chriſtianum Concilium, quemadmodum de eo in
„Comitiis Norimbergenſibus decretum eſt, aut ſi
„hoc non procedat, eo uſque donec univerſi Status
„Imperii iterum conſcribantur, ſicut eâ de re paulo
„poſt peculiari Articulo cavetur; Ita videlicet, quod
„infra hoc tempus Synodi, vel quo Status Imperii,
„ut jam dictum eſt, iterum conveniant, & aliter deli-
„berent, nemo propter Religionis aut ullam aliam
„cauſſam, alteri Bellum indicet, inferat, ipſumve
„ſpoliet, capiat, invadat, aut obſideat, neque ad hæc
„facienda per ſe vel per alium, cuiquam inſerviat,
„arces, urbes, oppida, caſtella, pagos, villas vel prædia
„inſidiis occupet, vel contra voluntatem alterius
„violenter eripiat, dolove malo, incendiis, vel alia
„ratione alteri damnum det, neque ullis iſtiusmo-
„di machinatoribus, conſilio, auxilio vel alio modo
„opem ferat, neque eos ſciens & intelligens hoſpi-
„tio excipiat, victum, potum aut receptum præbeat
„aut tolerer, ſed unusquisque alterum verâ
„amicitiâ & Chriſtiano amore complectatur.
„Quam Pacem publicam jam deſcriptam, Nos Im-
„perator univerſis ordinibus Imperii publicamus,
„annunciamus, ſub expreſſa, gravi ac non contem-
„nenda pœnâ ſervandam mandamus, volumusque
„benignè operam dare, ut prædicta Synodus intra
„dimidium annum indicetur, & poſtea intra unum
„annum inchoetur. Si verò hoc non fiet, tunc i-
„terum communes Status Imperii in locum com-
„modum vocentur & conſcribantur, ad deliberan-
„dum, quid inpoſterum tum de Concilio, tum de
„aliis rebus neceſſariis agendum & ſtatuendum ſit.
„Nos itaque ut eò firmiùs & certiùs talis publica &
„communis pax prædicta conſervetur, clementer
„conſenſimus & promiſimus, Nos curaturos, ut o-
„mnes proceſſus Judiciales ad cauſſas Religionis
„ſeu fidei ſpectantes, per Noſtrum Fiſcalem & ali-
„os contra Electorem Saxoniæ, & Ipſius conjun-
„ctos, qui vel jam eſſent inchoati, vel deinceps in-
„choandi ſuſpendantur usque ad futurum Concili-
„um, vel ſi id non proceſſurum, usque ad ulterio-
„rem deliberationem prædictorum Statuum Im-
„perii. Et ſi Elector Saxoniæ cum ſuis conjunctis
„univerſis aut ſingulis, ab ullo, quisquis is ſit, in jus
„vocetur, tunc Ipſe vel Sui conjuncti, Nos, ſi in Im-
„perio Germanicæ Nationis tunc temporis erimus,
„aut Nobis abſentibus, Eum, quem Noſtro Loco
„cum mandatis in his negotiis conſtituerimus, re-
„quirant, & in quibus graventur, exponant, Eo-
„que caſu debemus & volumus Nos & Nobis abſen-
„tibus locum Noſtrum tenens, & commiſſarii No-
„ſtri, qui à Nobis ad hoc expreſſum mandatum ha-
„beant, tales Proceſſus Judiciales inhibere & abro-
„gare, ut ſupra dictum eſt, ſicut etiam Nos jam ex
„autoritate & plenitudine Majeſtatis Cæſareæ, &
„vera ſcientia, nunc ut tunc, & tunc ut nunc, eos
„inhibemus, ſuſpendimus & abrogamus, vigore &
„virtute harum Litterarum. Et ſi ultra hoc ab ullo
„Judice aut Judicium proceſſum, actitatum, aut
„ulla lata ſententia fuerit, id in univerſum & ſigil-
„latim nullum, irritum & invalidum eſſe debet, &
„Eum Eosve, contra quos talis Proceſſus Inſtitue-
„tur, aut ſententia feretur, nequaquam obliget aut
„teneat, ullo modo aut ratione.

(25.) Aſt ſprevit hoc Mandatum Camera Imperialis, nil minus quam quod in ipſo præceptum erat, egit, indeque cauſſam præbuit ſatis juſtam, quam ob rem Status Imperii Proteſtantes Judicium illud plane recuſarent, uti latiſſimè exponit Melchior Goldaſtus ab Haimensfeld, *dicto Conſtitutionum Imperialium Tomo II. fol.* 175. *usque ad fol.* 182. & nos infra ad Articulum Transactionis Paſſavienſis VIII. fuſè tractavimus.

(26.) Quid porro? Status Imperii Proteſtantes, quum ex multis rerum argumentis deprehenderent, Pacem Norimbergenſem inſidiarum haut eſſe expertem, & Pontifici Paulo V. Ejusque Aſſeclis nihil eſſe antiquius, quam turbas movere, atque Cæſarem ad arma incitare,

(27.) Smalcaldiæ CIↃIↃXXXVI. *Die Michaelis* Fœdus Anno CIↃIↃXXXI. *Die Lunæ poſt Invocavit* initum, ſub iisdem conditionibus, renovant ad decem annos extendunt, & quomodo Fœdus cum

effe-

effectu ſuſtinere poſſit, ordinant; Acceſſerunt autem Fœderi huic, qui antea non intererant, FRIDERICUS Würtenbergiæ Dux, Pomeraniæ Duces BARNIM & PHILIPPUS, Principes Anhaltini JOHANN. GEORGIUS & JOACHIM, ex ordine Civitatum Auguſta Vindelicorum, Francofurtum, Eslinga, Hamburgum, Brunſvviga, Goslaria, Hannovera, Göttinga, Eimbeca & Minda, vid. Hortleder. *de cauſſis Bell. Germanic. Lib. VIII. cap. IX. & X. Tom. I. fol.* 1502. *usque ad fol.* 1513. David. Chytr. *in Saxon. ad Ann.* CIƆIƆXXXVI. *fol.* 370. ubi refert, hoc Fœdus ipſo puero, toto Imperiò in omnium oculis fuiſſe, multisque formidabile viſum. Aſſociavit ſeſe Fœderatis peculiari Pacto CHRISTIANUS Daniæ Rex Brunſvvigæ CIƆIƆXXXVIII. *Die Martis poſt Judica.* vid. Johann. Sleidan. *ad Annum illum XXXVIII. pag.* 305. *ſeq.* David Chytræus *ad eundem Annum pag.* 382. Exemplum pacti exhibet Hortlederus *dict. libr. VIII. fol.* 1515. *usque ad fol.* 1518.

(28.) Sub ſpecie verò fractæ pacis Norimbergæ Anno CIƆIƆXXXII, conditæ Imperator KAROLUS V. ALBERTUS, Elector & Archi-Epiſcopus Moguntinus, MATTHÆUS, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, WILHELMUS & LUDOVICUS Comites Palatini Rheani, GEORGIUS Saxoniæ Dux, de quo memorat Sleidanus, Eum fuiſſe Lutheri & Doctrinæ Evangelicæ perſecutorem acerrimum *Libr. IX. ſub initium ad Annum* CIƆIƆXXXIII. *pag.* 217. applaudente, & multis a ctibus roborante, vid. Georgius Fabric. *Origin. Saxonic. Libr. VII. fol.* 874. *ſeq.* Duces itidem Brunſvvicenſes ac Lunæburgenſes ERICUS, Senior, & HENRICUS Junior, inſtituebant Ligam, quam vocabant Sanctam, quaſi pro Gloria DEI ſuſceptam, & pro Executione Ejus certam concipiebant Ordinationem Norimbergæ CIƆIƆXXXVIII. *Die X. Junii,* vid. Hortleder. *dict. Lib. VIII. cap. XIV. & XV. Tom. I. fol.* 1518, *usque ad* 1526.

(29.) Et jam compoſita erant à Pontificiis omnia ad Bellum, niſi Turcarum impetus conſiliorum curſum impediviſſet. Pontifex etenim Anno CIƆIƆXL. Cardinalem Farneſium ad Imperatorem Karolum V. id temporis in Belgio commorantem, mittebat, ut Cæſari diceret, ſe valde cupere pacem & Germaniæ conſenſionem, ſed talem quæ DEO haut ingrata. Proteſtantes quod attineret, non ſemel cum illis actum eſſe de concordia, præſertim in comitiis Auguſtanis, & ab Ipſis exhibitam eſſe Doctrinæ ſuæ Confeſſionem, quæ quidem multos ſpiraret errores, ab ipſis tamen interea violatam. Quandoquidem ergo nihil certi profiteantur, & ſint tanquam anguillæ lubricæ, nihil quoque cum ipſis agendum eſſe præterea. Johann. Sleidan. *Libr.* XIII. *ad annum* MDXL. *pag.* 336. Sed adhuc Turcicæ Res remorabantur Bellum usque dum, ad Interceſſionem Regis Galliæ FRANCISCI I. Anno CIƆIƆXLVI. unius Anni cum Turca paciſcerentur Induciæ;

(30.) Quo facto Epiſcopi & Sacrificus cæſaris à Pontifice ſubornati, mirum in modum ad arripienda arma inflammant,

(31.) Eumque adducunt, ut IX. *Die Junii,* CIƆIƆXLVI. Tridentinum cardinalem Romam celerrimo curſu mittat, quò auxilia promiſſa à Pontifice prenſet, quæ etiam in magna copia adventabant.

(32.) Nihilo tamen minus comitia Ratisbonæ indicebat Imperator, illaque *Die V. Junii* inchoans, & de Religione per Synodum aut colloquium Doctorum concilianda, de Judicio cameræ reſtituendo & de Bello Turcico, Principibus paucis præſentibus, & abſentium Legatis proponens. Equidem Proteſtantium Legati ſollicitabant Catholicos, ut ſecum adirent cæſarem Belli deprecandi cauſſâ, aſt fruſtra. Ideoque *Die* XVII. *Junii* Legati Illi ex ipſo Imperatore quærunt, quid cauſſæ ſit, quamobrem tam numeroſi ex Italia & Hiſpania adducantur & in Germania colligantur exercitus.

(33.) Ad hæc Imperator per Miniſtrum ſuum Navium conteſtatur, quâ charitate Germaniam ſemper amplexatus, & quàm propenſiſſimus fuerit ad pacem, & nunc Se ejusdem eſſe mentis, nihilque ſibi aliud judicatum, quàm ut Concordia Ordinum, Pax publica, & Cameræ Judicium in Imperio reſtituatur; Qui huic inſtituto ſuo faverint Status Proteſtantes, Illos ab Ipſo omnem clementiam exſpectare poſſe, qui ſecus fecerint, Eos armis ad obedientiam eſſe redacturum.

(34.) Poſtridie Litteras ad plerasque Fœderis Smalcaldici Civitates, præſertim Argentinenſes, Norimbergicos, Auguſtanos, & Ulmenſes dabat Cæſar, illisque exponebat, Sibi nihil eſſe propoſitum, quam coercere Principes, Majeſtatis reos, aliorumque Ordines, inprimis verò civitates Libertate infectos Sanctè ſe ipſis confirmare, ſe nil ſpectare aliud; proindeque confidere, Civitates ipſi non defuturos, ut & Principum reprimatur audacia, & illarum recuperetur Dignitas. Tenorem Litterarum Cæſarearum integrum refert Johann. Sleidan. *Lib.* XVII. *ad Annum* CIƆIƆXLVI, *pag.* 467. *ſeq.*

(35.) Conſtanter autem reſpondebant civitates Se cum Principibus Fœderatis nihil contra Fœderis Religionem eſſe facturos.

(36.) Aſt paulò poſt Elector Palatinus Rheni, & Würtenbergicus Dux Fridericus, ut & Civitates Francofurtum ad Mœnum, Ulma, Bebfinga, Norlinga, Weiſſenburgum, Dunckelſpulium, Rotenburgum, & Halla in Suevia à Fœdere diſceſſerunt & Cæſaris poteſtati permiſerunt, ſe ſupplices. Vid. Johann. Sleidan. *Lib.* XVIII. *de ſtat Eccleſiaſtic. ad annum* XLVI. *pag.* 516. *ſeq.* Jac. Auguſt. Thuan. *Libr. Hiſtoriar.* II. *Tom.* I. *fol.* 71. *ſeq.* Frid. Hortled. *Libr.* III. *de cauſ. Bell. Germanic. cap.* LXI. *Tom.* I. *fol.* 541, *ſeq.*

(37.) Quumque Elector Saxoniæ JOHANNES FRIDERICUS, Landgravius Haſſiæ PHILIPPUS & Dux Wurtenbergicus ULRICUS adverterent Bellum contra ipſos moliri Imperatorem, quippe quod diceret, ſe bellum illaturum eſſe Illis, qui Principum & Epiſcoporum Ditiones & Monaſteria occupaſſent, & Ducem Brunſvvicenſem detinerent captivum, Hi Principes, unà cum Civitatibus Fœderatis, ad defenſionem neceſſariam contraxère exercitus: David Chytr. *in Saxon. ad Annum,* CIƆIƆXLVI. *fol.* 414.

(38.) Mauritius autem Saxoniæ Dux, qui defuncto Patre HENRICO, ſub tutela Sobrini ſui Electoris JOANNIS FRIDERICI fuerat, quam Ipſe ſumma fide & benevolentia adminiſtraverat, diſſimulandi mirus Artifex, quamvis nec proteſtantium Fœderi Smalcaldico, nec Catholicorum Norico nomen dediſſet, quum profundam ambitionem comitate vultus & humanitate rara tegeret, in familiaritatem Cæſaris, propter morum ſimilitudinem,

dinem, facile devenerat, indeque in ſecretum Colloquium Ratisbonæ, ſub exitum Menſis Maji Anno CIↃIↃXLVI, à Cæſare admiſſus, ex prolixa Clementiæ Significatione, ac cum certa ſpe ſeptemviralis Dignitatis, ac reliquorum Electoris, JOHANNIS FRIDERICI Ditionem, quando Hic proſcriptus eſſet, ſi expeditionis Cæſareanæ Bellicæ ſocius eſſe vellet.

(39.) Ratisbonâ reverſus, mox Pragam, ubi id temporis Romanorum Rex FERDINANDUS erat, proficiſcebatur, ibique cum ipſo de belligerandi ratione contra Electorem, ejusdemq; Fœderatos ſtatuebat;

(40.) Ut verò impietatis & deteſtandæ ingratitudinis notam erga Electorem, ſuum ante hac tutorem, & Haſſiæ Landgravium amoliendi ſpeciem haberet, clanculum adducebat Imperatorem, ut Litteris, Ratisbonæ emiſſis, Ipſum ad arma cogeret, cum interminatione, niſi vires cum Cæſare conjungeret contra perduelles ſanguine & neceſſitudine Ipſi conjunctos, Eundem perduellionis reum fore, Bonaque Eorum, in quibus Ipſi aliàs Jura ſucceſſionis competerent, adjudicatum iri illis, quicunque occuparent.

(41.) Hic Mauritius, ſatis ſibi cauſſæ eſſe Electori Agnato & Socero Landgravio denunciandi Bellum ratus, præſertim quum à Cæſare Sibi ſuisque Subditis de Religione affatim cautum ſit, prævio Statuum ſuorum Provincialium ſuffragio, & Suo & Fratris Auguſti nomine, indicebat Bellum Agnato Electori, poſteaquam à Cæſare transmiſſum ipſi erat Exemplum, quâ ratione Elector & Landgravius proſcribendi eſſent; Vid. Johann. Sleidanum *de Stat. Religion. Libr. XVIII. ad Ann.* CIↃ IↃ XLVI. *pag.* 505. *usq; ad pag.* 513. Jacob. Auguſt. Thuan. *Libr. Hiſtor. II. fol.* 67. *ſeq.*

(42.) Quum ergo diſſimulationi amplius locus non eſſet, Cæſar Publico Diplomate Saxoniæ Electorem JOHANNEM FRIDERICUM & PHILIPPUM Haſſiæ Landgravium *XIII. Kalend. Sextil. D. XX. Jul.* CIↃ IↃ XLVI. proſcribit, Tenorem Proſcriptionis integrum videre licet apud Fridericum Hortleder. *Libr. III. de cauſſ. Bell. Germanic. cap. XVI. Tom. II. fol.* 312. *usq; ad fol.* 318. Ubi Pontificii vulnerum, reſpectu Epiſcopatuum perpeſſorum, de quibus numer. 9. memoravimus, memores, adducunt Imperatorem, ut irruptiones Landgravii in dictos Epiſcopatus inter cauſas Proſcriptionis ſuæ numeret. vid. Articulus Proſcriptionis, Wie dann auch anfänglich der Landgraff 4. fol. 314:

(43.) Ad hæc Fœderatorum Exercitus Menſe Auguſto dicti Anni XLVI. in Bavariæ finibus ad Werdam Danubii conveniebant, quorum adventu explorato, Cæſar, nondum ſatis inſtructus initio Menſis Ratisbona egreſſus Landshutum ſe conferebat.

(44.) Dum Cæſar pro Landshuti mœnibus caſtra haberet, Saxo & Haſſus, qui Donaverdæ ſubſederant, juxta Belli Legem, ſcripto Bellum denunciant, quo repetitis ſuperiorum temporum actionibus, & purgatis iterum, quæ objiciebantur, criminationibus, quam juſta ſint arma, quæ induerint, multis rationibus demonſtrant; Nempe pro Religione & Patriæ libertate, quarum cauſſa Ea eſſet, ut fidem & obſequium, quibus Cæſari devincti ſint, ſolvat; quæ proinde Ei amplioris cautionis gratia, renuncient, ſalva Imperii Majeſtate, quam nullatenus minuere aut violare aut velint aut debeant.

(45.) Quum de Epiſtola mittenda deliberaretur, de inſcriptione inter Electorem ac Landgravium non conveniebat, Electorem minime appellandum Cæſarem cenſente; alioqui Se perduelles fateri, qui Cæſari, cui fidem & obſequium debeant, bellum denuntiarent: Landgravio contra dictitante, non Dignitatem & ſummum Imperii Magiſtratum eo Bello peti, ſed Eum, qui in illa Dignitate ac Magiſtratu conſtitutus ſit, ideoque Cæſarem eſſe appellandum. Altercantibus via media reperta eſt, inſcripta Epiſtola, *Ei qui ſe pro Cæſare gerebat.*

(46.) Datur Adoleſcenti Nobili, Comite, ut mos eſt, Tubicine, ad Cæſarem perferenda. Ille minime acceptam, uti ad ſuos referat, capitis pœna denunciata per Ferdinandum Alvarum Toletanum jubet, interminatus laqueum loco torquis aurei iis, qui ab illis inpoſterum ad ſe venirent, traditoque proſcriptionis diplomate, quod ut ſuis redderet graviſſimis verbis mandat, adoleſcentem dimittit.

(47.) Ad hæc Elector Saxoniæ & Landgraviæ verbis ſatis acerbis è caſtris Ingolſtadienſibus ad pugnandum evocabant, & innocentiam ſuam contra Proſcriptionem ſcriptis duobus prolixis oſtendebant. Cæſar è contrario Bannum Eorum juſtificare laborat, apud Fridericum Hortleder. *de cauſſ. Bell. German. dict. Lib. III. cap. XXVIII. XXIX. XXXII. fol.* 420. *usq; ad fol.* 458. *& fol.* 468. Utinam de felicitate Armorum Fœderatorum tam promte dicere poſſem, quàm de triſtiſſimo & flebili eventu conqueri, imo ejulare debemus. Etenim JOHANNES FRIDERICUS Saxoniæ Elector, & ERNESTUS, Dux Grubenhagenſis Anno XLVII. *D. XXIV. Aprilis, Ipſa Miſericordias Domini Dominicâ,* prope Mulbergam ad Albim ſupra Torgam capti, Sleidanus quidem *Libr. XIX. pag.* 532. *ſeq.* Thuanus autem *Lib. IV. fol.* 115.

(48.) Ubi de Mulberga peculiariter memorat, nomen ejus Loci viris Principibus malè ominoſum ſemper fuiſſe, ſiquidem ad Mulbergum in Bajoariâ LUDOVICUS IV. Imperator FRIDERICUM Auſtriæ Ducem & HENRICUM Fratrem Anno CIↃ CCC XXIII. RUPERTUS itidem Imperator centeſimo circiter anno poſt, BERNHARDUM, Marchionem Badenſem, ad Mulbergam ſupra Nemetes cœperit, Jung. Michaël Piccart. *Obſervation. Hiſtoric. Politic. Decad. V. cap. VI. pag.* 247. *Edit. Noribergenſ.* MDCXXIV. Ubi de Locis & Temporibus fatalibus eleganter diſſerit.

(49.) De Electore Saxoniæ prædicat Thuanus, Illum nullum generoſi & ſtrenui Ducis officium prætermiſiſſe, aſt, disjectis in prælio copiis ſuis, contra inſequentes pugnantem in adverſum os, mala ſiniſtra, vulnus accepiſſe, & à Tilone Troten, Diœceſi Mersburgicâ Ordinis Equeſtris viro, captum eſſe, cui, in teſtimonium fortitudinis Ejus, annulum de manu detractum tradiderit.

(50.) Undante per faciem ſanguine ex vulnere in pugna accepto in conſpectum Cæſaris ab Albano Hiſpanorum Duce eſſe adductum, addit Abraham Bucholzerius *in Indice Chronologico ad Annum* CIↃIↃXLVII. *pag.* 568. *Edition. Francofurtenſ.* MDCXII. Electorem, antequam ad Cæſarem deduceretur, ſublatis in cœlum oculis, miſerabili voce ad Deum ſuſpirâſſe: MISERERE MEI DOMINE, NOS SUMUS HIC.

(51.) Cæſarem autem, nunciata Ipſi Victoria, dixiſſe: DOMINE DEUS, QUAM MIRABILITER HÆC GUBERNASTI.

(52.) In-

(52.) Integrum capturæ Proceſſum ex Relatione Pauli Mühlphorts, Zvvickavienſis, & Johannis Baumans Tauberani, qui ambo interfuére prælio, delineat Frideric. Hortleder. *Lib. III. de cauſſ. Bell. Germanic. cap. LXVIII. & LXIX. fol. 569. uſq; ad fol. 575.*

(53.) In eo conſpirant Sleidanus & Thuanus, quod Elector captivus Cæſari præſentatus, quum chirotecam exuere & equo deſcendere vellet, ut more Gentis, manum Victoris contingeret, renuiſſe illud Cæſarem: Ad hæc Electorem dixiſſe.

(54.) *Quando ita fortuna tulit, ecce me Tibi, Clementiſſime & Potentiſſime* Cæſar, *captivum ſiſto*; dictum plura Cæſarem, interfatum eſſe ajendo.

(55.) *Ergone tibi nunc Ego* Cæſar, *quem nuper in ſermonibus veſtris & publicis etiam ſcriptis modo Karolum Gandenſem, modo ſe pro Cæſare gerentem vocabatis.* Factum hoc erat in Litteris Evocatoriis ſupra memoratis: Ibi: **Fügen dem Durchleuchtigen Fürſten Carln / der ſich den Fünfften und Einen Römiſchen Kayſer nennet** ꝛc. Et in Reſponſione ad Proſcriptionem, ubi in Rubro, **im Namen Carls / der Sich einen Kayſer nennet** / vid. Frideric. Hortleder. *Libr. III. de cauſſ. Bell. German. cap. XXVIII. & cap. XXIX. Tom. II. fol.* 430. *ſeq.* Quum Elector pergeret, & ut ſe captivum pro Dignitate haberet, & Cuſtodiam Principe dignam poneret, conſtanti vultu rogaret, Cæſar nihil reſpondebat aliud, quàm ſe pro merito Illum accepturum, aſpernantique ſimilis, obverſo tergo, diſcedebat.

(56.) Prælium illud & capturam Electoris atque Ducis aliquot ante dies prodigium præceſſit. Solis etenim aſpectus valde erat triſtis, obſcurus, pallidus & veluti caligine quadam circumdatus ita quidem ut plerique longiſſimè à Saxonia remoti, & quid ageretur ignari judicarent magna portendi; Nec enim in Germania modo, ſed & in Gallia & Anglia id obſervatum eſt. Johann Sleidan. Laudat. Libr. XIX ad Annum CIↃ IↃXLVII. pag. 533.

(57.) Magnanimitatem & Conſtantiam Electoris non ſatis deprædicare poſſunt Scriptores Rerum geſtarum. Quæ inter alia, ex Litteris Reſponſionis ad Caſparum Aquilam, Superintendentem Salfeldenſem D. XXIV. Auguſti MDXLVII. paulò poſt captivitatem apparet, in quibus exponit, ſe in Detentione iſta & Miſeria ſua, ſine Tentatione quidem non degere, aſt Promiſſionibus inniti firmiter, memor Exemplorum à dicto Superintendente perſcriptorum adjiciendo cum Davide Pſalmo XXVI. ℣. 1. Jehova Lux Mea & Salus mea, à quo timerem? Jehova Robur, à quo expaveſcerem? Juvat Scriptum Theologi illius Aquilæ adponere integrum. GOttes Allmächtigen Vatters Friede / Troſt und Krafft / durch JEſum Chriſtum / unſern Erlöſer und Heyland / ſtärcke Eure Churfürſtl. Gnaden / mit reichem Segen / und allerley Gnade und Gaben des Heiligen Geiſtes / Amen. Durchleuchtigſter / Hochgebohrner Fürſt / Gnädigſter Herr / Euer Churfürſtlichen Gnaden seynd allezeit meine gantz willigſte Dienſte und einiges Gebett zuvor / Gnädigſter Herr Es iſt ein ſehr tröſtlicher Spruch / Jacobi am 5. Capitul / da er ſaget / des Gerechten Gebett / das iſt / der da feſt an Chriſti Verdienſt glaubet / und Jhm dienet / vermag viel / wenn es ernſtlich iſt / ſolches beweiſet er mit dem Propheten Helia / 3. Regum 4. wie er Regen erlangt / und fruchtbar Land / durch das Gebett / welches / wie Jeſus Syrach ſagt / durch alle Wolcken dringet. Alſo bitten wir / Eure Churfürſtliche Gnade wolle nur hoch ſehr getroſt ſeyn / denn viel groſſe tieffe ernſtliche Seuffzen / Flehen und Ruffen werden täglich und offt für Eure Churfürſtliche Gnaden / von vielen frommen Chriſten außgeſchütt / zu GOtt / dem Tröſter aller Betrübten / und wollen auch gantz gewiß ſeyn / wie der 20. Pſalm lehret / den ich Euer Churfürſtlichen Gnaden habe zugeſchrieben / unſer Chriſtlicher Verſamlung Gebett ſoll / ob GOtt will / keine Fehlbitte ſeyn; Denn ohne Ruhm zu reden / hie zu Salfeld bitten wir alle Tage zugleich / dreymahl in unſer Kirchen / für Eure Churfürſtliche Gnade / auch für derſelben Chriſtlich Ehegemahl / und Söhne / unſere gnädige Fürſten und Herren / und Jhre Räthe / unſer lieber barmhertzigſter GOtt / wolle dem löblichen Hauſe von Sachſen / dem keuſchen / heylſamen / lieblichen / friedſamen Rauten-Kräntzlein wieder auffhelffen zum ewigen fröhlichen Fried und Einigkeit / Amen / Amen. Wir ſeynd auch ſolcher guter Hoffnung / wie das Chriſtliche betrübte Häufflein / den heiligen Petrum auß dem Gefängnüß mit ihrem einigen Gebett / alſo werde der liebe / gnädige GOtt / Eure Churfürſtliche Gnaden wunderbarlich auch retten / Amen. Und das ja Eure Churfürſtliche Gnaden einen frölichen Troſt möchten ſchöpffen / will ich etzliche Hiſtorias auß der Heiligen Schrifft Euer Churfürſtlichen Gnaden erzehlen. Erſtlich der fromme Joſeph / wie er um ſeiner Unſchuld und Gehorſams willen / Geneſ. 39 / 41. ſo eine ſchwere unbilliche Gefängnüs hat in Egypten gelitten / der als ein frommes GOttes Kind / verrätheriſch verkaufft / und ſeiner Ehren beraubt ward / aber der barmhertzige GOtt / unſer himmliſcher Vatter hat ihn zu rechter Zeit gewaltialich erhört / daß Er ihn zu dem Obriſten Landes-Fürſten über Egypten machete etc. Zum Andern / gedencke auch Eure Churfürſtliche Gnaden / des ſeeligen Danielis / welcher auch um des rechten Gottesdienſts und um der Warheit willen / von den böſen giffrigen Hoff-Räthen verrathen ward / und in die Löwengruben geſtürtzet / und doch hat GOtt ſeine Beſtändigkeit / am Worte / Unſchuld / und Glauben angeſehen / und ihn gantz herrlich errettet / und erhöret / daß er der oberſte Rath und Fürſt ward / wohl bey fünff Kayſern / der allertheuerſte Prophet und Fürſte. Zum Dritten / gedencke Eure Churfürſtliche Gnaden des ſeeligen / frommen Königs Joakim / genant Jechonias / Jer. 13. 27. Wie dieſer gehorſame König fünff und dreyſſig Jahr / für welcher langwieriger Zeit der liebe gnädige GOtt Eure Churfürſtl. Gnaden wolle behüten / in einen tieffen Thurn vom Kayſer Nebucadnezar geworffen war / noch iſt er endlich zu den höchſten Ehren kommen / und neben des Kayſers Tiſch in Babel erhöhet / 2. Reg. 25. Jerem. 3. Von dieſem Jechonia iſt der gnädige GOTT Chriſtus unſer Heyland gebohren. Matth. 1. Und ob Eure Churfürſtliche Gnaden würde angefochten werden von dem gifftigen Satan / der um GOttes Worts willen Eurer Churfürſtl. Gnaden bitter- und hefftiger feind iſt / daß Eure Churf. Gnaden / durch ſeine feurige Pfeile / im Hertzen verwundt / möchte dencken / ja ich bin ein armer Sünder / habe diß mein Gefängniß wohl verdienet / Jch habe GOtt manchmal übel erzörnet / meine Unterthanen geſchätzt / beſchwert / und ihnen nicht recht väterlich fürgeſtanden ꝛc. Darum bin ich nicht wie Joſeph / Daniel und Jechonias / die heilige Könige

ge und Fürſten haben wohl einen gnädigen GOtt gehabt. Derohalben hat es eine viel andere Meynung mit mir armen Churfürſten ꝛc. So wil ich nun vierdtens ein ander Exempel Euer Churfürſtl. Gnaden fürbringen/ nemlich/ von einem groſſen/ greulichen/ wilden Sünder/ als vom König Manaſſe/ der war ein Kinder-Mörder/ ein Zauberer/ Wahrſager/ der Abgötterey ſtifftet/ und der die frommen Propheten tödtet/ als den heiligen Eſaiam mit einer Seegen von einander hat laſſen zu ſchneiden. Ein rechter arger böſer Schand-Papiſt/ und Götzen-Diener/ derer Laſter/ GOtt Lob/ Eure Churf. Gnaden unſchuldig iſt/ und gantz darwider lebt/ und ficht. Nun war dieſer Papiſtiſche König Manaſſe vom Kayſer zu Babylonia/ mit Ketten gefangen weggeführet/ 2. Chron. 33. Da er aber Buſſe thät/ zu GOtt flehet/ ſchreyee und betet/ bracht ihn GOtt wieder in Jeſuſalem/ zu ſeinem vorigen löblichen Königreich/ allein/ daß er GOtt erkennet als einen mächtigen HErrn/ wie ſolches ſeine ſchöne Gebät anzeigen. Zum fünfften/ nehme Eure Churfürſtl. Gnaden zu Hertzen den König Nebucadnezar/ dann da er ſich über GOTT mit Stoltz ſeines hochmüthigen Hertzen wolt erhöhen/ als wäre er von ihm ſelbſt ſo gewaltig/ und hätte er alles durch ſeine Krafft/ und eigenen Verſtand erlanget und gemacht/ ſolche Königliche Palläſt/ ꝛc. Da plaget Gott/ der allezeit den Hoffärtigen widerſtrebet/ 1. Pet. 5. den ſtoltzen/ ſpöttiſchen König/ daß er muſte ſieben gantzer Jahr/ wie ein unſinnig/ raſend/ wild/ ungeheuer Thier/ im Walde und Felde irre umlauffen/ daß nicht ein Stall- oder Küchenbub bey ihm wolte oder konte bleiben/ ja alle Thier und Menſchen hatten einen Scheu und Grauen ob Ihme/ daß ihn alles Vieh und Menſchen flohen. Dan. 4. Noch da dieſer elende/ ſehr hoch geplagte viehiſche König ſeinen Stoltz/ Sünde und Laſter erkannt/ mit Reue uud Leid betet zu GOtt im Glauben/ begehrt Gnade/ wurde er wieder zu Gnaden angenommen/ und erlöſet von ſeinem unſinnigen Kopff/ auch gnädiglich wieder in ſein Königreich eingeſetzt/ von GOtt/ alſo/ daß er noch gröſſere Herrligkeit überkame/ dann zuvor; Mit ſolcher wunderbarlicher GOttes gnädiger Hülffe/ auch Erhörung der armen Leute Gebet/ tröſte ſich Eure Churfürſtl. Gnaden allezeit ohn allen Zweiffel/ der gnädige/ barmhertzige/ fromme/ liebe/ gütige GOtt/ der da ſaget/ Pſ. 50. und 145. Er wolle erhören das Gebät deren/ die ihn anruffen im Glauben/ und will auch thun alles was die Gottsfürchtigen mögen begehren/ ja er behütet alle die ihn lieben/ daß Wir/ ob GOtt will/ noch frölich ſingen wollen/ Pſ. 124. Gelobet ſey der HErr ꝛc. Unſere Seele iſt entrunnen/ wie ein Vogel dem Stricke/ der iſt GOtt lob zuriſſen/ und wir ſind loß. DEO gratias per Chriſtum Jeſum, Dominum Noſtrum, Amen. Die Gnade unſers lieben HErrn JEſu Chriſti/ mit Euer Churfürſtl. Gnaden Geiſt/ der woll Euer Churfürſtlichen Gnaden allen reichen Seegen/ Gnade/ Troſt/ Krafft/ und Macht verleyhen/ beſtändig wie ein frommes Schäflein/ bey Chriſti/ unſers einigen Ertz-Hirten/ Joh. 10. Pſal. 23. Ezech. 33. Jeſ. 40. Stimm und Wort getroſt bleiben/ und das mitten unter den Wölffen/ ja Schlangen und Drachen/ kräfftiglichen bekennen/ und vertheidigen/ und mit David ſingen den ſchönſten 119. Pſalm/ HErr dein göttlich Wort seynd meine rechte Raths-Leute/ die mich erleuchten/ ſtärcken und tröſten/ daß dein Wort mir lieber iſt dann alles Gold und Perlen/ auff dem Erdreich/ derhalben ſchäme ich mich für Königen und Herrn nicht/ dein allmächtig ewig wort zu bekeñen/ dañ du HErr Chriſte wirſt dich auch ſolcher/ die dich bekennen/ für deinem Himliſchen Vatter nicht ſchämen/ Matth. 10. Das alles zu glauben/ helff Eu. Churfürſtliche Gnaden die Gütigkeit GOttes des Heiligen Geiſtes Amen. Damit ja Eure Churfürſtl. Gnaden zu ſeiner Gnaden-Zeit bald wieder frölich und ſeeliglich möchte zu Landen und Leuten kommen/ als ein frommer/ getreuer Landes-Vatter. GOttes Gnade bewahre Euch ewiglich Amen. Datum Salfeld/ Anno 1447. Eure Churfürſtliche Gnaden/ gantz unterthäniger/ gehorſamer und williger Diener Caſpar Aquila/ Pfarrherr und Superattendent zu St. Salfeld. Reſponſio ita ſe habet: Von GOttes Gnaden Johann Friederich/ Hertzog zu Sachſen/ der ältere/ ꝛc. Landgraff in Thüringen/ und Marggraff zu Meiſſen ꝛc. Ehrwürdiger/ lieber andächtiger/ ꝛc. Wir haben Euer Schreiben/ darinn Ihr Uns/ mit etlichen auß der Heil. Schrifft Hiſtorien und Exempeln/ in jetziger Unſer Beſchwerung getröſtet habt/ empfangen/ und ſeines Innhalts geleſen; Daß Ihr Uns nun in eurem und der Kirchen Gebet ſo fleiſſig haltet/ wie ihr dan zuthun ſchuldig/ das vermercken Wir/ von euch und unſern frommen Unterhanen gnädiglich. Habt Uns auch mit ſolchem eurem Troſtbrieff zu gefallen gethan. Dann daß Wir in ſolcher Unſer Beſchwehrung ohne Anfechtung nicht ſeyn/ habt ihr leichtlich zu erachten/ aber auß Gottes gnädiger Verleihung/ wiſſen Wir uns mit ſeinen Göttlichen Verheiſſungen/ und Zuſagung/ auff ſolche und dergleichen Hiſtorien zu tröſten. Dann bey GOtt wie David im 26. Pſalm ſagt/ iſt unſer Heyl/ unſer Ehr/ der Felß unſer Stärcke und Zuverſicht/ und Hoffnung/ der auch allein mächtig iſt. Darum wir in tröſtlicher Hoffnung ſtehen/ ſeine Allmächtigkeit werde Unſere Sachen und Beſchwerung zu Unſerm und Unſer Söhne Beſten/ weil GOttes Güte und Barmhertzigkeit noch täglich wäret/ allergnädigſt ſchicken/ und die Gnade geben/ daß Wir auff dieſem Reichs-Tage Unſerer Verhafftung loß werden/ und zu Unſerm freundlichen lieben Gemahl/ Söhnen/ auch zu weniger Theil Unſer Lande und Unterthanen kommen/ und Unſer Leben in ſeiner Göttlichen Furcht/ und der wahren Chriſtlichen Religion/ dabey Wir biß an Unſer Ende/ wills GOtt/ zu verharren gedencken/ in Ruhe beſchlieſſen mögen; GOtt dem die Rache gebühret/ wirds gegen den Urſachern auch wohl machen. Begehren aber gnädiglich/ ihr wollet in euer und der andern Kirchen eurer befohlenen Superattendenz. mit dem Gebät für Uns mit allem getreuen Fleiß zu bitten anhalten. Daran geſchicht Unſere gefällige Meynung/ und woltens euch/ dem Wir mit Gnaden geneigt ſeyn/ hinwieder nicht bergen. Datum Augſpurg den XXIV. Auguſti, MDXLVII. Johann Friderich/ der ältere/ ꝛc. Manu propria ſubſcripſi. Pſalm 119. Lügen bin ich gram/ und habe Greuel daran/ aber ſeelig iſt der Mann/ der auff GOTT trauen kan. Imò, quum Dux Inmovicenſis Erneſtus, qui cum Electore paulò poſt captivitatem, in curru, tanquam in Triumphum vehebatur, Ipſum ſubinde, Fortunæ adverſæ contemptum generoſè præ ſe ferre perſpiceret, adeoque quaſi calamitati pro-

priæ

priæ inſultantem increparet Electorem; Quid ob illa reponebat, angerer, quæ quando in Poteſtate Noſtra ſita haut ſunt, ad nos minimè pertinere exiſtimare debemus. Aureum ſanè Acroama, quod ex Epicteti Moralibus Egregiis hauſerat Elector: Ita enim Epict. c. I. Ench. Res quædam in poteſtate Noſtra ſunt, quædam non ſunt: In Noſtra poteſtate eſt: Opinio, Appetitio, Deſiderium, &c, ut uno complectar verbô, quælibet Noſtræ Actiones. Noſtri Arbitrii non ſunt: Corpus, Pecunia, Gloria, Imperia. Ad ſummum, ea, quæ ipſi non agimus omnia; Hæc juxta Effatum Electoris prudentiſſimum, ad nos non pertinere, exiſtimare debemus.

(59.) Quumque nihilominus profundum ex ipſo pectore ſuſpirium ducentem videret Ducem Erneſtum, ſubmiſſiori Voce ad Eum converſus, conſilium, quod mihi ſumo, inquit, & tibi darem libens, ſi capere poſſes, ſed quamvis tibi in te non tantum Juris ſit, ut hinc animi tranquillitatem conſequi, & conſolationem capere poſſis, tamen humani Ingenii perturbationibus ſe dantis & aliqua ex parte explendis, qualia ſunt odium, Amor vindictæ, juſta Indignatio, id valde conducibile arbitror, ubi enim opibus propriis contra vim potentioris foris ſe tueri quis nequit, reliquum eſt, ut ſe ſapientiæ præceptis intus muniat; " Itaque „ſi te Bello inferiorem doles, ut ſuperior ſis, con„ſtantiam indue, & te calamitatem tuam contem„nere oſtende, ſic victoriam Hoſti eripies, & victus „Victorem vinces, hæc expedita ratio eſt ultionis de „Hoſte, vel in captivitate ſumendæ.

(60.) Nec minori generoſitate in tentorio cum Duce Erneſto ſedente, Delegato Cæſareo mortem intimanti denuntiaretur, niſi Witteberga ſeſe dederet, vultu & ore ſereno intuens reſpondebat; " Quid tum, ajebat, ſi Witteberga non tra„dita Me mori oportet? Hæc enim non Vita Mea „petitur; Cæterum hæc me terrent; Utinam nec „Conjugem item & Liberos & Amicos, quibus à ca„lamitate mea majus periculum, quàm mihi im„minet; Nam quicquid Mei contemplatione ho„ſti dabitur, illis peribit, nec mihi proderit; Quor„ſum enim acceſſionem paucorum dierum jam effe„to ſeni, neque diu victuro? Itaque ſi optio detur, „malim, Re Liberis ſalva, quamprimum mori, „quam diu, illis ſpoliatis, vivere, neque tamen pro„hibeo, quin pietati aliquid condonent, & ſibi ſa„tisfaciant, ita ut, dum Mei rationem habent non „omnino ſalutis ſuæ obliviſcantur. Hæc fatus Ducem Brunovicenſem ad Latrunculos ſecum ludendos, invitavit, hâc etiam ſecuritate contemtum mortis & Hoſtis pariter præ ſe ferens. Vid. Laudatum Thuanum, *dict. Libr. Hiſtor. IV. ad Annum* MDXLVII. *fol.* 116. *ſeq.*

(61). Denuntiabatur Electori mortis ſententia publicè in caſtris Wittebergenſibus, cujus tenorem exhibet Fridericus Hortlederus *Libr.* III. *de cauſſ. Bell. Germanic. cap. LXX. Tom. II. fol.* 575. *vi. Eid. Maj. D. X. Maji* CIↃIↃXLVII.

(62.) Aſt ad interceſſionem Electoris Brandenburgici, & Saxoniæ Ducis Mauritii, XIX. *Ejusdem Menſis* vitam redimere potuiſſet Elector, his conditionibus, (1) Ut ſeptemvirali Dignitati, tam ſuo quàm Liberorum Nomine, renunciet, jusque ſit Cæſaris pro arbitratu ſuo de ea ſtatuere. (2) Wittebergam & Gotham, alterum Ditionis propugnaculum, Cæſari tradat, relictis in ea tormentis & cibariorum tertia parte. (3) Reliquam omnem ſuppellectilem & annonam ſecum auferat, permiſſâ Præſidiariis libera abitione, ſed ſine armis. (4) Albertum Brandenburgicum & Chriſtophorum Leuchtenbergæ Landgravium ſine mulcta Liberos dimittat, & ſigna ademta ac tormenta reddat. (5) Mansfeldiis & Solmenſibus Comitibus ac Pruſſiæ Magiſtro, cæteriſque Eccleſiaſticis per vim ablata reſtituat. (6) Cameræ Imperiali, à Cæſare inſtituendæ, parere, & ſumtus in Eam ſubminiſtrare deque jure, quod contra Lubecenſes & Halenſes ſibi eſſe dicit, Cæſaris Decreto ſtare promittat. (7) Et Fœdere cum Magdeburgicis & Halberſtadienſibus, atque omni alio, contra Cæſarem & Ferdinandum inito, diſcedat. (8) Nec quicquam deinceps faciat, quò non ipſi cum Suis Provinciis & Sociis comprehendantur. (9) Conſentiat item, ut Henricus Brunovicenſis, & Karolus Victor Filius liberentur, nec ullam adverſus Eos actionem moveat. (10) Viciſſim Erneſtus Brunovicenſis à Cæſare dimittatur (11) Publicata Electoris Bona, Eaque à Cæſare Fratri Ferdinando & Mauritio donata, hâc Lege, ut Ipſi Ejusque Liberis Quinquaginta Aureorum millia annua Mauritius dependat, & Gothæ Oppidum ſi Cæſari videatur, & per Mauritium liceat, unà cum omni uſufructu, retineat Elector, arcis munitione ab ea demolienda, nec citra Cæſaris voluntatem deinceps inſtauranda. (12) Inſuper Dux Mauritius æs alienum ab Electore, ante Fœdus Smalcaldicum, contractum usque ad novem Millia Aureorum luat, illudque omne quod Bonis Ipſi à Cæſari donatis inhæret, diſſolvat, eaque ratione controverſiis, quæ inter ipſos ſunt, finis imponatur. (13) Additum & hoc conditionibus; Ut nihil Elector contra illos, qui Mauritio militarent, ſigillatim verò contra Daniæ Regem, Cæſaris Sororium nil moveat. (14) Decreta Cæſaris & Ordinum ſervet. (15) Et, quum Capitis pœna Ei remittatur, in Cæſaris, aut Philippi Hiſpaniarum Principis cuſtodia maneat. (16) Pacis hujus Beneficio gaudere poſſint Electoris Saxoniæ Liberi & populi, modo conditiones hasce ratas habeant. Vid. Addit. Johann. Sleudan. *Libr.* XIX. *nuper laudato pag.* 533. *ſeq.*

(63). Conditionibus liberationis hanc quoque fuiſſe intextam, ut, quicquid concilium aut Cæſar de Religione decerneret, captivus approbaret; Illum verò hanc conditionem perſeveranter reſpuiſſe nec ullius periculi rationem habuiſſe, indeque Cæſarem hanc conditionis particulam induci atque obliterari juſſiſſe.

(64.) Perſeverabat in hac Fidei conſtantia Elector captivus, quum Cæſar per Deputatos, cum prolixa Gratiæ ſponſione, Anno CIↃIↃXLVIII. *Die V. Julii.* Eum in cuſtodia abducere laboret, ut, cum Filiis ſuis *Librum Interim*, in Comitiis Auguſtanis dicti anni à Cæſare & Catholicis confecto ac publicato, agnoſceret, illumque Librum, ineffabili animi magnitudine, etiam, quum ſub arctiſſima cuſtodia, Cæſarem in Brabantiam ſequi juberetur, repudiabat.

(65.) Qua mirifica conſtantiâ adductus Cæſar, cuſtodiæ rigorem multis temperabat modis, vid. Frideric. Hortleder. *Libr.* III. *de cauſſ. Bell. German. cap.* LXXXVIII. *Tom.* II. *fol.* 945. *usque ad fol.* 953.

(66.) Ubi exhibetur quoque ejus confeſſio, quam prætexuit, ſi qua in cuſtodia ipſi moriendum eſſet.

(67.) Summo itaque Jure Jacobus Auguſtus Thu-

Thuanus Electorem deſtitutum appellat Virum Magnum, qui, vel inimicorum teſtimonio, comitate, Liberalitate, prudentia, & animi invicti Fortitudine Excellentiſſimos Principes æquans, in eo multis proponi meruerit, quod adverſam fortunam, omnium judicio, ſuperavit, *dict. Libr. Hiſtor. IV. Tom. I. fol.* 116. Decretum Abolitionis conſpicuum eſt apud Frideric. Hortleder. *Libr. III. de cauſſ. Bell. German. cap. LXXII. fol.* 582. *usque ad fol.* 587.

(68.) Electoris Dignitatem & Ditionem adjunctam conferebat Imperator MAURITIO, Saxoniæ Duci, Sobrino deſtituti JOHANNIS FRIDERICI, cui erat, præmii loco, promiſſa, ſi Bello Electorem proſequeretur, & vinceret, *in villa Bleſem D. IV. Jun.* CIƆIƆXLVII. cui biduo poſt homagium præſtabant Senatus & cives Wittebergenſes David Chytr, *in Saxon. ad memoratum annum* CIƆIƆXIVLI. *fol.* 421.

(69.) Inveſtiebatur poſtmodum Mauritius cum Electoratu Ejusque annexis in Comitiis Auguſtanis ſequenti anno CIƆIƆXLVIII. *D. XXIV. Februarii* ſub Dio ſolenniter, prout hoc fuſè depingit Frideric. Hortleder. *Libr. III, de cauſſ. Bell. Germanic. cap. LXXXIV. Tom. II. fol.* 926.

(70.) Occaſionem diſquirendi dedit Proſcriptio Electoris Saxoniæ & Translatio Dignitatis Electoralis in alterum, Utrum Elector aliquis, ſine conſenſu Cæterorum, proſcribi, & Electoratus in alium transferri poſſit? Negativam contra Arumæum fortiter ſuſtinet, Johann. Limnæus, ut pro eâ obtinendâ adducit exemplum Karoli V. qui conſenſu & adjuvantibus Electoribus cæteris, MAURITIUM Electoratu Saxoniæ inveſtiverit, *Obſervat. ad Capitulat. Laudati Imperatoris Karoli V. Art. XXIV.* verbo Fürſtenthum/*num.* 23. *pag.* 269.

(71.) Aſt nil roborat hoc exemplum; Quamvis enim MAURITIUS, præſentibus Electoribus, aliisque Imperii Principibus Electoratu inveſtitus ſit, tranſtulerat tamen Electoratum, inſciis & inconſultis Electoribus, non promittendo ſolum, ſed concedendo ut Homagium Ipſi ut Electori à Wittebergenſibus præſtaretur. Nec ſuppetit quicquam opinioni Limnæi, quod Elector Saxoniæ in Comitiis Ratisbonenſibus Anno CIƆIƆXXIII. D. VIII. Februarii, ubi de Translatione Electoratus Palatini in Bavariæ Ducem agebatur, per Legatos ſuos propoſuerit, daß anfänglich dieſe Translation, ohne Vorbewuſt der Churfürſten geſchehen; Illud enim in quæſtione erat, utrum translatio facta fuerit antea quàm Electores deſuper requiſiti. Et hoc factum eſſe improbabat Elector. Idem etiam contigerat in translatione Electoratus ad Mauritium.

(72.) Nunc habemus Rem, tam quoad Proſcriptionem, quàm translationem, ſive Electoratus ex delicto, ſive ex defectu familiæ vacet, in Capitulationibus planè deciſam; Nam nec Proſcriptio, nec translatio procedere poteſt antequam Electores de inſtituto Imperatoris certiorati conſenſerint. Quoad Proſcriptionem diſerta ſunt verba Capitulationis Moderni Imperatoris Sacratiſſimi LEOPOLDI I. Artic. XXVIII. ibi: Wir ſollen und wollen auch fürkommen/ und keines weges geſtatten / daß hinfüro jemanden/ hohen und niedern Standes Churfürſt/ Fürſt/ Stand/ oder anderer/ ohne rechtmäſſige und gnugſame Urſach/ auch ungehört / und ohne Vorwiſſen / Rath und Bewilligung des Heiligen Reichs Churfürſten/ welche ſich des Wercks nicht theilhafftig gemacht / in die Acht und Aberacht gethan / gebracht oder erklärt / ſondern in ſolchem ordentlicher Proceß gehalten und vollzogen werde / wie es ſich nach Außweiſung des Heiligen Reichs vor auffgeſetzter Satzungen / und der im Jahr 1555. reformirter Cammer-Gerichts-Ordnung / auch darauff erfolgter Reichs-Abſchieden/ gebühret/ und was deshalben bey d[e]m künfftigen Reichs-Tag/ wie reſervirt worden / von Churfürſten / Fürſten und Ständen / de modo & ordine weiter verglichen werden möchte; Wäre es aber Sache / daß die That an ſich ſelbſten gantz notori und offenbar / der Friedbrecher auch in ſeinem Verbrechen beharrlich und thätlich fortführe/ obwolen es dann nicht eben eines ſönderbaren Proceſſus vonnöthen/ ſo wollen Wir jedoch auch in dieſem Fall/ mit Zuziehung obgedachter des Heil. Reichs / erſtgemeldter maſſen / unintereſſirter Churfürſten / ehe und bevor Wir zu der würcklichen Achts-Erklärung ſchreiten / communiciren und ohne deren erfolgten Rath und außtrückliche Einwilligung / damit nicht verfahren. Quocum verbotenus conſpirat Capitulatio Moderni Noſtri Imperatoris Sacratiſſimi JOSEPHI I. Articulo XXVII. Quoad vacantiam ex delicto aut defectu Familiæ clara eſt Capitulatio Laudatiſſimi Imperatoris Artic. XXX. Ibi: Wann auch Lehen dem Reich und Uns bey Zeit Unſerer Regierung durch Todsfall oder Verwürckung eröffnet / und lediglich heimfallen werden/ ſo etwas merckliches ertragen/ als Fürſtenthumen / Graffſchafften / Städte und dergleichen; So ſollen und wollen Wir / ohne Vorwiſſen der Sieben Churfürſten / ferner niemand leihen / auch niemanden einige Expectanz oder Anwartung darauff geben / ſondern zu Unterhaltung des Reichs/ Unſer und unſerer nachkommender Könige und Kayſer behalten / einziehen und incorporiren/ doch Uns von wegen unſerer Erbländer / und ſonſt männiglich an ſeinen Rechten und Freyheiten unſchädlich: Sollen auch die Lehen-Brieffe und Expectantien über des Heil. Reichs angehörige Lehen / welche bey einer andern / als unſerer Reichs-Cantzley / und ohne Vorwiſſen der Herren Churfürſten ins künfftig ertheilt und außgefertiget werden möchten / gantz ungültig ſeyn.

(73.) Aſt redeundum nunc eſt in tramitem, unde paululum diſceſſimus. Transactis cum JOHANNE FRIDERICO diſcordiis Imperator KAROLUS V. Halam ad Salam tendebat, inde in Haſſiam tranſiturus, niſi Landgravius ſatisfaceret;

(74.) Hic adventu Cæſaris perterrefactus, quum Fœderatorum exercitum, in quo ſummam fiduciam habebat, diſſolutum videret, nec quidquam ſpei aut opis ſupereſſe, quo ſe adverſus potentem Hoſtem tueri poſſet, Brandenburgico Electore, & Duce Mauritio Genero eum evocantibus Lipſiam venit. Quumque ibi proponeretur, Cæſarem omnino velle, ut Haſſus ſine conditione ſe dederet, & Arces omnes ac tormenta traderet, re infectâ diſceditur. Dum domum rediret Haſſus, inter equitandum de Pacis Conditionibus & fortuna ſua cum Chriſtophoro Eblebo ſermones confert, &, ſiqui-
„dem certo compertum haberem, inquit, fore, ut
„Cæſar exorari ſe, Meque domi quieſcere pateretur,
„& ex Arcibus mihi unam cum tormentis inſtru-

„ctam

„ctam concederet; equidem, Publicæ Pacis cauſſa, „ reliquas demoliri, & omnes Machinas, quæ ſuper„eſſent, tradere minime recuſarem. Quem ſermonem quum avide arripuiſſet Eblebus & Se ad Mauritium relaturum recepiſſet, paucos poſt dies, redit cum Litteris à Mauritio & Brandenburgico è caſtris ante Wittebergã, *prid. Non. Jun.* ſcriptis, quibus continebatur, ſimulac de ipſius voluntate certiores facti eſſent, ad Cæſarem denuò rem detuliſſe, quod impetraverint, ex paucis Capitibus, quæ Eblebus ferat, Eum cogniturum; Cæterum ſibi videri, Leges à Cæſare dictas, eſſe tolerabiles, & quas minime repudiare debeat; Itaque Cæſari ſeſe permittat ſine conditione; Neque enim vereri Eum debere, ne graviora Cæſar imponat, aut ipſum captivum detineat. In Eam Rem Se fidem ſuam interponere; Et ſi quid ipſi præterea, quæ Formula comprehenſa ſint, durius imponatur, aut ſi detineatur, non recuſare, quin eandem ſubeant fortunam, & ab Ipſius interpellati Filiis ad ſatisfaciendum ſeſe ſiſtant: De Religione item cautum iri ſpondent eodem modo, quo ante Bellum & Johanni Brandenburgici Fratri cautum ſit. Quumque inter Landgravium & Cæſaris Miniſtrum Eblebum de conditionibus, ſub quibus in gratiam recipiendus, Numburgi conveniſſet, Landgravius, Electoris Brandenburgici & Nauritii Saxoniæ Ducis Gener, nondum ad Electoratum evecti, fidem, quam Ipſi in ſcriptis transmiſerant vid. Hortleder. *Libr.* III. *cap.* LXXXIV. *Tom* II. *fol.* 920. *ſeq.*. ſequutus, ſub ipſorum comitatu Halam, circa veſperam XIV. *Kalend. Vtil. D.* XVIII. *Jun.* CIↃIↃXLVII. ingreditur.

(75.) Mane ſequentis diei afferebat Ipſi Miniſter Cæſareus Chriſtophorus Carlebicius Formulam Pacis utque eam ſubſcriberet prenſabat; Landgravius reponebat, non eſſe conſultum ſubſcribere iis, quæ in exemplo, ab Eblebo Numburpi allato, perſcripta haut fuiſſent; Aſt contra Atrebatenſis Epiſcopus negligentiam Scribarum accuſabat & contendebat, ut Cæſari caveret, ſe Concilii Tridentini Decretis pariturum; Quod quum Landgravius renueret, neque hujus poſtulati in Pacis formulâ mentionem factam eſſe reponeret, malle ſe cautione Cæſaris carere quàm Ipſe eâ de re, Cæſari cavere; Poſt longam, eamque acrem diſceptationem audiebantur minæ, conſediſſe jam in Aulâ Cæſarem, omnemque moram indigne ferre; Landgravius Decretis Concilii Liberi & Pii ſe aſſenſurum recepit;

(76.) Ideo, ſub horam quintam poſt meridiem, ab Electore Brandenburgico & Duce Saxoniæ Mauritio ad Cæſarem ductus, quum in genua procidiſſet, per Landgravii Cancellarii Doctorem Tilemannum Gunterodum Libellus ſupplex, cujus formalia exhibet Fridericus Hortleder *Lib. III. Bell. Germanic. cap. LXXVI. Tom. II. fol.* 581. ex ſchedulâ recitabatur, quo ſibi crimen condonari, & Proſcriptionem aboleri petebat. Ad quem Cæſare deliberata, per Georgium Seldium, Conſiliarium Aulicum reſpondebat: Se, quandoquidem ſupplex crimen fateretur & veniam peteret, libenter condonare omnia, neque recuſare, ut Proſcriptione liberetur, neque ſupplicio, quod commeritus eſſet, neque carcere perpetuo Boniſve multetur. Et hujus Reſponſionis Formalia integra exhibet Fridericus Hortlederus *Loco nuper laudato*, *fol.* 581. *circa fin.* & *fol. ſeq.* 582.

(77.) Landgravius, qui ſalva putabat omnia, gratias magna fiducia agit, & quum diutius Eum genibus inſidere pateretur Cæſar, injuſſus ſurgit, quumque tanquam Cæſarem affaturus, & manum præbiturus, propius acceſſiſſet, Elector Brandenburgicus, certus nolle Cæſarem Landgravium ad oſculum manus admittere, ut acquieſceret inſtabat, dicendo, Se & Ducem Saxoniæ Mauritium, unà cum Landgravio, apud Albanum Copiarum Hiſpanicarum Ducem cænaturum, neque tamen Elector neque Landgravius id temporis de conſilio Cæſaris ſubodorari potuit; Poſt cænam, Brandenburgicus & Mauritius cum Albano & Atrebatenſi eâ de re ſermonem habent, dum Interea Landgravius, fallendi temporis ergo, Alea luderet; Tandem quum nihil ab illis impetrare potuiſſent, multa jam nocte, ſevocato Landgravio, per Euſtachium Schelebum Cæſareanis oſtendunt, ſe per omnem vitam, ut Viros Principes decet, ſincera fide egiſſe, & quid polliciti ſint, diligenter præſtitiſſe, Eandem fidem ab aliis etiam exſpectâſſe, Albanum & Atrebatenſem dicere, Ipſi ſub cuſtodia ibi pernoctandum eſſe, quod ſibi pergrave & acerbiſſimum ſit, ſperare tamen, ubi cum Cæſare colloquuti fuerint, Rem ex Ejus ſententia confectum iri. Ad hæc Landgravius fidem datam obteſtari, quam Ipſe ſequutus, huc venerit, rogare, ut Ipſi ſatisfaciant, & quid Sibi, quid Uxori & Liberis promiſerint, in memoriam revocent. Ita nox illa inter exprobrationes & querelas transacta, manentibus cum Landgravio, ut aliqua ex parte Illi ſatisfieret, Mauritio & nonnullis ex Brandenburgicis Conciliariis, Johanni Gvevaræ Hiſpanorum militum Duci cuſtodiendi cura Landgravii attributa eſt. Poſtero die ingens contentio coram Cæſare inſtituitur. Brandenburgicus & Mauritius quantum ad ſuam Exiſtimationem pertineat, cuſtodire Fidem datam demonſtrant; Neque enim, ſi qua fuiſſet vel minima ſuſpicio, Landgravio Autores futuros, ut Se ſiſteret, aut Ipſi cavere voluiſſe. Haberet Cæſar Ipſorum rationem, Fidemque à Se Landgravio datam liberaret. Cæſar regerebat, quid Illi Landgravio promiſerint, ignorare; Se quidem caviſſe Illi, non quod omninò non detinendus, ſed quod non perpetuo carceri mancipandus eſſet, nec aliud perſcriptum eſſe; Re ad Conſiliarios relatâ, Atrebatenſis Interceſſores ad Scriptum vocat, poſtque animoſam diſceptationem, licere Landgravio, ſi velit, diſcedere pronunciatum eſt, ſed, ut incolumis domum deduceretur, fide publica ſibi caveri poſtularet, ab iis denegatum eſt; Biduo poſt Ei nunciatur, ut Cæſarem ſequatur: Quum ille recuſaret, nec Se niſi vi pertrahi poſſe diceret, Brandenburgicus Elector & Dux Mauritius orant, ut pareat, dextraque data coram compluribus ex præcipua Nobilitate, Se non diſceſſuros à Cæſaris Comitatu promittunt, antequam liberetur, Numburgum cum Eo profecti rurſus apud Cæſarem intercedunt, qui interminatur, Se in Hiſpaniam ablegaturum Landgravium, niſi ab interceſſione deſiſtant, & ab Aula quamprimum diſcedant. Ea de Re Landgravium per Carlebicium certiorem faciunt, & quod Aula diſceſſerint, ut Se excuſet, rogant, exiſtimetque, potius ſe in eo Ipſius periculi, quam Fidei datæ rationem habuiſſe; Cæterum, ſi conditionibus quamprimum ſatisfaciat, de Ejus libertate benè ſperare.

(78.) Digreſſo ex Thuringiâ Cæſaris Exercitu, ubi Gravetellum ventum eſt, Landgravius cum Albano Duce agit, & Fidei publicæ formulam exhibet. Quumq; Albanus non niſi de carcere perpetuo

caviſſe

caviſſe Cæſarem diceret; Quis autem erit, ait Landgravius, captivitatis modus? aut quando terminabitur? Etiamſi regerebat Albanus, per XIV. aut eo amplius Annos Te Cæſar detineat, nihil contra datam Fidem fecerit. Ille ergo, carceris tædio, ut erat animo inquieto, & omnis alienæ Potentiæ impatiens, ut libertatem recuperaret, conditiones, quantum in ſe fuit, adimplet, & omni pecunia depenſa Arces demolitur & tormenta tradit. Id indignè factum meritò pleriſque viſum eſt, Cæſaris candorem & Conſiliariorum prudentiam in Eo deſiderantibus, qui in vafra cavillatione Fidem tanti Herois in dubium vocaverint, & maximorum Principum ac de Cæſare optimè meritorum offenſionem ex eâ occaſione in Eum concitaverint, quod improbitati Atrebatenſis præcipuè tributum eſt, hominis callidi, & qui litterulæ unius univerſa forma Interceſſores, Ipſumque adeo Landgravium deceperit; Sanè Eblebus, quem Internuncium fuiſſe diximus, tantum inde cepit dolorem, ut paulo poſt ex mœrore deceſſerit; Neque verò fit ſimile, quod Ludovicus Avila, ut multa alia, in Cæſaris Gratiam confinxit, nimirum Landgravium propria manu formulam perſcripſiſſe, ut de Scripturæ aut Scriptoris errore jure conqueri non potuerit. Nam quum tot Scripta contraria de hoc negotio utrinque prodita ſint, nuſquam id Landgravio objectum legitur. Multi exiſtimant Cæſareanos fraudulentum & inſidioſum conſilium, cujus inſimulabatur Landgravius hac fraude ulciſci æquum duxiſſe; Nam, quum ante aliquot Menſes *Prid. Eid. April.* à Maximiliano Burano, qui cum XII. ſignis & CCCC. circiter Equitibus Francofurtum tenebat, de Guilielmo Verdenſi Johanne Gelinhauſio Landgravio, ut Conjuratis ſupplicium ſumtum eſſet, Scriptum evulgatur, quo continebatur, reos & in carcere & quum ad ſupplicium ducerentur, confeſſos eſſe, ſe à Landgravio ſummiſſos, qui unius portæ, clavibus à fabro comparatis, quatuor diverſis locis, urbem incenderent, clavisque ferreis infixis Machinarum Bellicarum uſum adimerent, Ipſum Buranum & Ejus Familiares, & Conſulem atque Senatum trucidarent, puteos Urbis veneno corrumperent, & illum inprimis, unde aqua ad uſum culinæ Burani hauriebatur; Et quamvis Landgravius edito Scripto objecta crimina diluiſſet, à Cæſareanis tamen conſtanter creditum eſt, vana non fuiſſe, quæ jactabantur, quod rei in ea Confeſſione ad mortem uſque perſtitiſſent. Id ſive odio datum, ſive quod Hiſpani tuta, quàm honeſta conſilia libentius amplectuntur, undecunque natus ſit error, Eum Elector Brandenburgicus & Dux Mauritius id temporis diſſimulârunt, Cæſaris offenſionem veriti, cujus Majeſtati ex eo ignominioſæ injuriæ nota inurebatur. Ad miſeras itaque preces deſcenderunt, & cum Chriſtinâ Landgravii uxore, ac reliquis Principibus & Imperii Ordinibus, votis conjunctis, denuò Auguſtæ in Comitiis VI. Kalend. Decembris Anno MDXLVII. interceſſerunt. Ante Interceſſionem, quum Cæſar ſtatum cauſſæ expoſuiſſet, jusq; ſibi per cautiones datas eſſe diceret, Landgravium detinendi, Dux Mauritius, Interceſſorum Nomine, Cæſarem oravit, ut omiſſis altercationibus, ſive error ex vitio Scripturæ, ſive Linguæ imperitiâ, admiſſus eſſet, ne Eum contra Se interpretaretur, qui Fidem ſuam obſtrinxiſſent; Neque tam Ea in cauſſa Landgravii rationem haberet, quàm Ipſorum, quorum Fides hoc in Bello perſpecta ſit, & quorum Exiſtimationis interſit, libertati reſtitui. Cæſar, qui videret, Electorem Brandenburgicum & Ducem Mauritium tantopere prenſare, quod Landgravii Uxori & Liberis Scripto caviſſent, per Liranium cum Landgravio, qui tum ab Hiſpanis Nordlingam traductus fuerat, egit, ut quas haberet Fœderatorum Litteras, etiam Illas, quibus Ei publicè Elector Brandenburgicus & Dux Mauritius caviſſent, redderet, ratus, cautione redditâ, Illos ab Interceſſione deſituros. Verùm, quum Landgravius Eas in poteſtate Filiorum eſſe reſpondiſſet, &, niſi de ſuæ Liberationis tempore à Cæſare certi fiant, minimè reddituros affirmaret, Cæſar ut, cuſtodiæ acerbitate, ferocem captivi animum inflecteret, remotis ab Eo Familiaribus unum & alterum tantum ex Domeſticis Ei relinquit; Verùm nihil eâ ratione utrinque profectum eſt; Neç enim Landgravius Sibi jus ſuum eripi paſſus eſt, nec Cæſar, ut Landgravium liberaret, ullis precibus adduci potuit.

(79.) Et ſic Elector Saxoniæ deſtitutus JOHANNES FRIDERICUS Auguſtæ Vindelicorum, Landgravius autem Philippus in Werda Danubii relinquebatur captivus. David Chytr. *in Saxon. ad Ann. MDXLVII. fol.* 421. Maximam tamen cuſtodiæ ſuæ temporis partem tranſegit Elector dejectus Oenoponti in Tyrolo. Vid. Hortleder. *Lib. III. cap. LXXXIX. Tom. II. fol.* 956.

(80.) Interea Imperator Landgravium Proſcriptione Edicto publico liberabat *D.* XVI. *Julii.* CIↄIↄXLVII. Formam Edicti videre licet apud Frideric. Hortleder. *Lib.* III. *de Cauſ. Bellic. Germanic. cap.* LXXVIII. *fol.* 583. *ſeq.*

(81.) Atqui hæc ſunt Fata triſtia, calamitoſa, ac luctuoſa Fœderis & Belli pro Gloria Dei & Veritate Doctrinæ Evangelicæ ſuſcepta. Unde hæc? Annon Divina Providentia minimè comilitavit conſiliis atque actionibus Fœderatorum? Sane non ſine conſilio Theologorum ad Fœdus & arma proſilierunt Fœderati. Nec ſine precibus publicis, prout apparet ex earum Formulis Ordinatis ab Electore Saxoniæ JOHANNE FRIDERICO, cæterisque Fœderatis, quæ conſpicuæ ſunt apud Frideric. Hortleder. *Lib.* III. *de cauſſ. Bell. Germanic. cap.* IV. *&* V. *Tom.* II. *fol.* 249. *usque ad fol.* 258. *&* 265. Quamvis antem Vir Dei Martinus Lutherus initiò Fœdus & arma diſſuaſerit, & conſuluerit, ut Divinæ Providentiæ hac Religionis cauſſa unicè committeretur, etiamſi Imperator vi & manu armatâ impeteret, ceu patet ex Reſponſione ad Electorem Saxoniæ JOHANNEM, CIↄIↄXXIX. apud Frideric. Hortlederum *Libr.* I. *de cauſſ. Bellic. Germanic. cap.* III. *&* VI. *Tom.* II. *fol.* 2. 5. *&* 6. Idemque ſuaſerint Theologi Brandenburgici Electori ſuo GEORGIO, nullâ habita ratione, quòd Theologi & JCti Wittebergenſes contrarium dixerant *Anno* CIↄIↄXXXI. apud eundem Hortleder. *Eodem Lib.* I. *cap.* VIII. *fol.* 11. *usque ad fol.* 14. Eandem quoque ſententiam foverit Doctor Johan. Brentius *Theologus Suevus*, in Litteris ad Electorem Brandenburgicum ſupra-laudatum quæ conſpiciuntur *in Tomo Hortlederi* II. *cap.* IV. *fol.* 3. *&* 4. Quin & conſilium Lutheri, Philippi Melanchtonis & Bugenhagii Reſponſum, ad Quæſtionem, *Utrum Princeps ſubditos ſuos Religionis cauſſa contra Imperatoris vim atque potentiam tueri poſſit*, valde reſtrictum ſit, ceu patet ex Hortlederi *Libr.* II. *cap.* I. *Tom.* II. *fol.* 61. *ſeq.* Attamen, juxta normam verbi Divini, re altius repetitâ, diſertè ſtatuit Divus Lutherus Defenſionem in cauſſis Evangelium attinentibus eſſe licitam.

In der Warnung an ſeine Liebe Teutſchen/ de A. MDXXXI. daß die Gegenwehr in der Evangeliums-Sachen/ nicht auffrühriſch/ Item in der Erklärung de eod. Anno an den Meucheler zu Dreßden/ daß er das Evangeliſche Theil ſo ſich wider die Verfolger wehren würde/ keines weges vor auffrühriſch ſchelten laſſen könne/ apud Fridericum Hortlederum *Libr.* II. *de cauſſ. Bell. German. cap.* XIII. XIV. *Tom.* II. *fol.* 90. *usque ad* 92. In eandem ſententiam reſponderunt Divus Lutherus, Doctor Juſtus Jonas, Doctor Johann Brugenhagius, Nicolaus Arnsdorff, Philippus Melanchton, In dem außführlichen Bedencken und Unterricht/ daß Sie zuläſſig *de Anno* MDXXXII. Apud eundem Hortlederum *Eodem Tomo & Libro, cap.* XV. *fol.* 92. *usque ad fol.* 94. Quin & Anno MDXXXIX. reſponderunt Divus Lutherus, Juſtus Jonas, Martinus Bucerus & Philippus Melanchton, reſiſtendum eſſe Cæſari & aliis Principibus, qui ſubditos Imperantium ad Idololatriam, & cultum in Tabulis Divinis vetitum cogere velint, & proſcriptione facta, licitum eſſe prævenire hoſti. Vid. Fridericum Hortlederum. *Lib.* II. *cap.* XVII. *Tom.* II. *fol.* 96. Imò Anno CIϽIϽXLVI. requiſiti Divus Lutherus, Doctor Johann. Bugenhagen, Doctor George Major, Caſpar Cruciger, Philippus Melanchton, *Utrum Fœdus Smalcaldicum diſſolvendum an adhuc ſuſtinendum*, reſponderunt: Fœdus in vigore adhuc eſſe conſervandum. Vid. Fridericum Hortlederum *Libr.* VIII. *de cauſſ. Bell. Germanic. cap* XVI. *Tom.* I. *fol.* 1526. *ſeq.*

(82.) Ut adeò de Juſtitia Fœderis & Belli dubitandum non ſit, quippe quod Juri Divino, Naturæ & Humano Statibus Imperii integrum ſit reſiſtere illis, qui ſubditos ſuos vi cogere intendunt, ut Religionem veram & in Tabulis Divinis perceptam mutent, & alteri ſe addicant, prout ſolidè, remotis omnibus obſtaculis, deducit, Theologorum Proteſtantium Decus æternum, Johann. Gerhardus in Reſponſo *Utrum Status Imperii contra vim illicitam, etiam in cauſſa Religionis reſiſtere queant*, apud Georg Dedekennum *in Theſaur. Conſilior. ac Deciſion. Section.* XII. *Num.* XIV. *Tom.* II. *fol.* 249. *usque ad fol.* 259. *Edit. Jenenſ.* MDCLXXI. *fol.* 257. Ubi octo rationibus demonſtrat licitam eſſe Principi defendere ſubditos ſuos contra vim Poteſtatis ſupremæ etiam in cauſſis Religionem concernentibus, quarum (1) ex ſacra ſcriptura petita. (2) Ex Confeſſione Chriſtianorum communi. (3) Ex mutua obligatione naturali Imperantium ac Parentium. (4) Ex Axiomate Theologico, Evangelium non a„bolet Politias & per conſequens nec ea, quæ ad „conſervandam Politiam pertinent, inter quæ eſt „Defenſio ſubditorum contra vim ſupremæ pote„ſtaris injuſtum. (5) Ab Exceſſu poteſtatis ſupremæ extra ordinem & terminos Imperantium. [6) Ab exemplis Poteſtatum Chriſtianarum Bella contra ſuperiores gerentium. (7) Ab abſurdo; Demeretur enim poteſtas defendendi, contra Leges Fundamentales Iis, qui partes Imperii ſunt (8) A ſuffragio Theologorum & JCtorum Jung. Gerhard. *in Loco de Magiſtrat. Politic. num.* 407. *pag.* 1192. *Edition. Jenenſ.* MDCXXVI. ubi rationes adducit, quamobrem Divus Lutherus, principiò Conſultus Defenſioni in cauſſa Religionis applaudere noluerit;

(83.) Equidem Johann. Sleidanus *Lib. VIII. de ſtat. Eccleſiaſt. ad Annum* MDXXXI. *pag.* 195. de Luthero aſſerit, Ipſum ſingulari libello docuiſſe, Magiſtratui non eſſe reſiſtendum; Quum autem in hac quæſtione JCti reſponderent Legibus, in caſu ſummæ & inevitabilis neceſſitatis, reſiſtentiam eſſe permiſſam, quod antea ignoraverit, Evangelium autem Leges Politicas non impugnet aut aboleat, tempore autem illo dubio ac Formidoloſo multa accidere poſſe, quibus non modo Jus ipſum, ſed conſcientiæ quoque, vis ac neceſſitas arma porrigat, Defenſionis cauſa, ſive Cæſar ipſe, ſive quis alius Bellum ſuſcipiat, ideo Lutherum ſententiam mutâſſe. Aſt Divum Lutherum Jurium haut fuiſſe ignarum pateſcit ex ipſius Reſponſo ad Electorem Saxoniæ *D. VI. Martii*, CIϽ IϽXXX. apud Frideric. Hortlederum *Tom.* II. *fol.* 5. Ibi: Ob man ſich mögewehren gegen Kayſerl. Majeſtät/ wo ſie mit Gewalt jemand überziehen wolte/ um des Evangelii willen/ habe ich mich mit meinen lieben Herrn und Freunden/ Doct. Jonas/ Johann Pommern/ und Magiſt. Philippus befraget und berathſchlaget/ und befinde/ daß vielleicht nach Kayſerlichen oder weltlichen Rechten etliche möchten ſchlieſſen/ deß man in ſolchem Fall/ möchte wider Kayſerl. Majeſtät ſich zur gegenwehr ſtellen/ ſonderlich weil Kayſerl. Majeſtät ſich verpflichtet und vereydet/ niemand mit Gewalt anzugreiffen ſondern bey aller vorigen Freyheit zu laſſen/ wie dann die Juriſten handeln/ von Repreſſalien und Diffidation; Aber nach der Schrifft will ſichs in keine Wege ziemen/ daß ſich jemand wider ſeine Obrigkeit ſetzet/ ſondern ein Chriſt ſoll Gewalt und Unrecht leyden/ ſonderlich von der Obrigkeit. Et paucis interjectis *fol.* 6. *in princip.* Darum dieſe Gerechts-Sprüche vim vi repellere licet; Man möge Gewalt mit Gewalt ſteuren/ helffen ſie nichts/ dann ſie helffen wider die Obrigkeit nichts/ ja ſie tügen auch nichts wider gleiche/ ohne/ wo es noth wäre/ oder ſchutz erfordere/ der andern oder Unthanen. Dann dargegen ſtehen auch andere Rechts-Sprüche: Niemand ſoll ſein eigen Richter ſeyn Item: Wer wieder ſchlägt der iſt unrecht; So ſeynd ja aller Fürſten Unterthanen auch des Kayſers Unterthanen/ ja mehr dann der Fürſten/ und ſchickt ſich nicht/ daß jemand mit Gewalt des Kayſers unterthanen wider den Kayſer ihren Herrn wolte ſchützen/ gleich wie ſichs nicht geziemet/ daß der Bürgermeiſter zu Torgau wolte die Bürger wider den Fürſten zu Sachſen mit Gewalt ſchützen/ ſo lange Er Fürſt zu Sachſen iſt.

(84.) Idem eſt, quod docet Hugo Grotius *Lib. I. de Jur. Bell. ac Pac.* §. *VII. num.* 8 *pag.* 143. *Edit. Amſtelodamenſ.* MDCLXXXIX. ubi diſerte ait: „Chriſtum nihil concedere ſubditis, ubi Superiores „ob Religionem mortem intentant niſi fugam, re„futatus tamen ſolidè à Johanne Friderico Grono„vio *in Not. ad num.* 8. *pag.* 144. *usque ad pag.* 146. Mutâſſe autem Divum Lutherum, hanc ſententiam antea oſtenſum eſt.

(85.) Quum itaque de Juſtitia Fœderis & Belli dubitandum non ſit, haut immerito de Armorum infelicitate ejulamus. An gradus defenſionis exceſſerint Fœderati quidam, verbis & ſcriptis acerbis Imperatorem exagitando, & Dignitatem Imperatoriam denegando noſtrum non eſt diſpicere, multò minus judicare.

(86.) Imaginem Dei Rex geſtat, idcirco colen-

lendus & amandus eſt, ſi non propter ſe, ſaltem vocationis & Functionis ſuæ cauſſâ. Ait Auguſtinus *Lib. Quæſtion. Vet. & Nov. Teſtam. Quæſtion. XXXV.*

(87.) Quemadmodum Nobis etiam non competit, latè disquirere, utrum omnes Fœderati pro ſcopo Gloriam Omnipotentis Dei habuerint: Quod ipſe JOHANNES FRIDERICUS Elector deſtitutus in Diæta Salfeldenſi, poſt relaxationem Propoſitione ſtatibus Provincialibus Anno CIↃ IↃ LII. factâ in dubium vocat. Ibi: **Unſer Gemüthe auch ohne das nicht iſt / uns hinfürter zu Beſchützung der Religion mit andern zu vereinigen / ſintemahl Wir wohl geſpüret und befunden / was das gröſſere Theil darunter zu ſuchen pfleget / und wie wenig ihrer ſeynd / die GOttes Ehre und rechtſchaffene Heiligung ſeines Nahmens ernſtlich meinen /** vide Fridericum Hortlederum *de cauſſ. Bell. Germanic. Lib. III. cap. LXXXVII. Tom. II. fol.* 936.

(88.) Illud extra omnem dubitationem ponimus: in Bello à Fœderatis non obſervata eſſe cuncta, quæ ad exitum felicem neceſſaria; Non injurioſè itaque cenſet Johann Sleidanus *Libr.* XVIII. *ad Annum* CIↃIↃXLVI. *pag.* 514. Parum feliciter adminiſtratum fuiſſe Bellum illud Smalcaldicum, & mali ejus cauſſam fuiſſe præcipuam, quod non ex unius arbitrio Res Bellicæ geſtæ ſint, quippe quod æquali poteſtate præditi fuerint Elector JOHANNES FRIDERICUS, & Landgravius PHILIPPUS, vid. Receſſ. Ichterſhauſenſis de modo ſuſcipiendi bellum D. IV. Jun. CIↃIↃXLVI. apud Hortlederum *Libr.* III. *cap.* VI. *Tom.* II. *fol.* 259. adeoque non ſemel accidiſſe, ut in diſceptando peropportunæ dilapſæ ſint occaſiones; Quin & Paulus Mühlpfort Zvvickavienſis, qui Ipſe Bello interfuit, in Relatione ad JOHANN. FRIDERICUM II. D. XXVI. April. CIↃIↃXLVI. & ſic triduò poſt prælium, ſex diverſas oſtendit cauſſas quamobrem malè ceſſerint Res JOHANNIS FRIDERICI Electoris Bellicæ. Sic & Johann. Baumann in Relatione ad Senatum patriæ ſuæ Rotenburgenſem ad Tauberam D. XII. Maji CIↃIↃXLVI. adſtruit, potiſſimam infelicis prælii cuſſam fuiſſe, quòd Elector cum ſuis, extra omnem neceſſitatem, ab Albi diſceſſerit, & Hoſti locum ipſum perſequendi vacuum reliquerit, Digna ſunt Relationis Verba, quæ apponantur: **Nachdem nun die Unſern Sächſiſchen wieder an das Waſſer getrieben / ſeynd ſie bey dem Waſſer nicht blieben / ſondern von Stunde an wiederum fern von dannen gerücket; Alſo iſt den Unſrigen Zeit und Weile gegeben worden / ſich zuſammen zu halten / und mit Ihnen zu ſcharmitzeln / auß welchem erfolget / daß die Unſrigen deſto mehr behertziger und freudiger / aber die Feinde erſchrockener und verzagter wurden; In dem haben ſich die Feinde gar von dem Waſſer begeben / und denen Unſrigen gewichen / und ſich alſo auß Ihrem Vortheil / den ſie Einer Höhe halber des Orts gehabt / auß Verzagung treiben laſſen. Aber das iſt eine Straffe GOttes / wel i er die fürnemſte Häupter / wann er ſtraffen und erniedrigen will / zuvor alſo verſtocket / daß ſie ihren Vortheil nicht erſehen / ihre Macht und Stärcke nicht brauchen können / ſondern werden mit ſehenden Augen blind.** Vid. Frideric. Hortlederum *Libr.* III. *de cauſſ. Bell. Germ. cap.* LXIX. *Tom.* II. *fol.* 572. *circ. fin.* Jung. Jacob Aug. Thuan. *Lib.* IV. *Hiſt. ad Annum* MDXLVII. *fol.* 126. Litt. *C. D, E, F, & fol.* 127. Litt. *A.* ubi Cæſaris Karoli Quinti in Bello gerendo prudentiam ſummam, ac Germanorum ſoloeciſmos, exactiſſimo Judicio expendit.

(89.) Pertinet huc Acroama Veronenſium, quorum prudentiores in Conſultatione, utrum contra Venetos, multos Ipſos injuriis afficientes bellum ſuſcipiendum, negativam tuentes, inter alia, dicebant: Juſtam quidem cauſſam Deum tueri, ſed non minus quavis in cauſſa prudentiam Hominibus ab Altiſſimo eſſe inditam. vid. Marc. Zuer. Boxhorn. *Diſquiſition. Politic. caſ. XVI. pag. 69. Edition. Erffurtenſ.* 1664.

(90.) Aſt quid prudentia, quando Deus deſerit? „Ubi enim Divina Providentia non comilitat „conſiliis atque actionibus, malis iis obvenit exitus „& cogitationibus valde adverſus. Nam tunc neque „Vir conſultus eſt, nec fortis fortis, ſed etiam ſapien„tiſſima conſilia inſipienter deſinunt, & generoſa „maximè ac fortia facta turpem & infamem conſe„quuntur exitum. Juxta Effatum Nicephori Gregoræ *in Hiſtor. Byzantin. Lib. VII. cap. VIII. fol.* 157. *circ. fin. D.*

(91.) Ubi exemplo Romanorum id confirmat, qui etſi in Bello contra Turcas geſto nihil quod ad rem bene gerendam pertineret omiſiſſent adverſa multo maxima experiebantur; Romanorum enim Duces, quum immeritò in ſuſpicionem inciderent, partim in vinculis, partim Orientalium Imperatori erant inviſi; Unde quum externa Maſſagetarum & Latinorum adventarent conſilia, ab iis longè major quàm ab hoſtibus ſuboriebatur pernicies; Ex quibus Divinæ indignationis colligebantur argumenta, quod Romani Ronzerium Catelanorum Ducem interfecerant, cujus accerſiti pœnitebat, ſperantes hoc ſublato Res ipſorum perditas in integrum reſtiturum iri, quæ tamen cædes malorum, longè majorum & graviorum cauſſa fuit.

(92.) Unde verò cognoſcere licet, utrum res geſtæ non habeant cooperantem & commilitantem dexteram ſupremam: Reſpondet Idem Gregoras *Eodem Libro & capite, fol.* 156. „Ex ipſo eventu do„ceri hominem, iis quæ divinitus non proſperen„tur & terram & mare & aërem adverſari tanquam „fugitivum Dei & Juſtitiæ violatorem fortiter ul„ciſcentia.

93. Cur ergo non commilitavit Divina Providentia in Bello pro Gloria Dei & vera Religione geſto? Reſpondeo cum Gregorio Papa *Libr. IX. Expoſition. Moral. in cap. VIII. Job. Tom. Oper. I. fol.* 301. „Rationem, ait, de occulto Dei conſilio quæ„rere nihil eſt aliud, quàm contra Ejus conſilium „ſuperbire: Quum ergo factorum cauſſa non de„prehenditur, reſtat ut ſub factis illius cum humili„tate taceatur, quia nequaquam ſufficit, ſenſus carnis, „ut ſecreta penetret Majeſtatis. Qui ergo in fa„ctis DEI rationem non videt infirmitatem „ſuam conſiderans, cur non videat rationem „videt.

(94.) Quòd ſi tamen in rebus Divinis conjectare quicquam licet, exiſtimarem Providentiam Divinam ideò permiſiſſe infortunium Fœderis & Belli, ut quemadmodum Chriſtianam primitivam decem crudeliſſimis Perſequutionibus, ita & Eccleſiam Proteſtantium Sanguine fundaret. Juxta Effatum etenim Veterum Sanguine fundata eſt Eccleſia, Sanguine cœpit, Sanguine ſuccrevit, Sanguine finis erit.

(95.) Ma-

(95.) Major etenim ſemper fuit Eccleſiæ Gloria in cruce & Afflictionibus ſub Tyrannorum Imperio, quàm unquam florente Ejus Statu ſub Bonis & Moderatis Gubernatoribus, & fidis Eccleſiæ nutritiis.

(96.) De quo Auguſtinus *Epiſtol.* III. *Tom.* II. *fol.* 12. „Eccleſia inter inimicos augetur, perſequu-„tionibus creſcit, per afflictionum anguſtias uſque „in terrarum extrema dilatatur.

(97.) Hinc de Eccleſiâ Lutheranâ dixit Simon Pauli: Majorem eſſe gloriam Eccleſiæ ſub Luthero, qui adverſante maximâ mundi parte magis miraculosè ſervetur, quam Daniel inter Leones, aut tres viri in camino ignis ardente quàm ante & poſt illud tempus ubi major tranquillitas fuit. Vide Gregor. Richter. *Axiomat. Eccleſiaſtic.* XXXIV. *pag.* 25. *ſeq. Edition. Stetinenſ.* MDCLIV.

(98.) Aſt quò dilabor? Revertendum nunc eſt ad Landgravium captivum; Tametſi & Uxor & Liberi Ejus Elector Saxoniæ MAURITIUS & Brandenburgicus JOACHIM, in Comitiis Auguſtanis CIƆIƆXLVII. Liberationem Landgravii inſtantiſſimè ſollicitarent, Imperator tamen eam denegavit, ſub prætextu, Landgravium Capitulationi Halenſi nondum ſatisfeciſſe.

(99.) Imò per Legatum Johannem **von Lier**/Landgravium in cuſtodiâ compellavit, ut Electoribus cautionem illicitè ab ipſis prœſtitam, omniaque ad hanc cauſſam pertinentia Documenta per Liberos reſtitui curaret, quod tamen conſtanter recuſavit Landgravius. vid. Frider. Hortleder. *Libr.* III. *de Cauſſ. Bell. Germanic. cap.* LXXXIV. *Tom.* II. *fol.* 918. *usq. ad fol.* 926.

(100.) Tandem, quum per tot annos fruſtra poſtulata eſſet Landgravii Liberatio, Filius Ejus Primogenitus WILHELMUS Anno CIƆIƆLII. Saxoniæ Electorem MAURITIUM & Brandenburgicum JOACHIMUM evocat, ut Liberationem Patris præſtent.

101. Elector Mauritius *Menſe Martio dicti Anni LII.* Convocatis Suis Statibus proponebat, Landgravii Evocationem, ſeque paratum eſſe ad præſtandum auxilium, pro Liberando Landgravio; Tametſi verò Status Provinciales & Philippus Melanchton comparitionem apud Landgravium Juniorem, ut & conjunctionem cum Galliæ Rege HENRICO II. qui ſe publico Edicto Vindicem Libertatis Germanicæ & Principum Captivorum nominabat, diſſuaderent arma, tamen arripiebat & ſingulari ſcripto cauſſas hujus Belli juſtificas Orbi Terrarum unà cum Landgravio WILHELMO oſtendebat. Quin & Hic *D.* VIII. *April.* CIƆIƆLII. Litteris ſubmiſſione refertis Imperatori inevitabilem expeditionis Bellicæ neceſſitatem proponebat.

102. Nondum elapſum erat Menſis ſpatium, quum Elector MAURITIUS, Eique aſſociati Principes Cæſarem ad tantas anguſtias redigeret, ut deſtitutum Electorem JOHANNEM FRIDERICUM dimitteret, de quâ dimiſſione vid. Frideric. Hortleder. *de cauſſ. Bell. German. Libr.* III. *cap.* LXXXVII. *ſeq. fol.* 933. *uſq. ad fol.* 961. & paulò poſt in fugam conjiciebatur. Antequam autem Cæſar fugam arripiebat, conveniebant Ejus Frater FERDINANDUS & Elector MAURITIUS LINCI, Auſtriæ oppido, ac de Pace Paſſavi plenariè condenda agebant, prout tenor Receſſus *ſub dato D.* 1. *Maji* CIƆIƆLII. oſtendit, qui ita ſe habet; **Zu wiſſen/nachdem die Römiſche zu Hungarn und Böhmen** ꝛc. Königl. Majeſtät / Unſer allergnädigſter Herr/auf ſonderbare Bewilligung und Vollmacht der Röm. Kayſerl. Majeſt. auch unſers allergnädigſten Herrn/ auff Ihrer Königl. Majeſt. freundliches und brüderliches Erſuchen und Bitten/ ſich mit dem Durchleuchtigſten/Hochgebornen Fürſten und Herrn/Herrn Mauritzen/Hertzog zu Sachſen/ Landgraffen in Thüringen und Marggraffen zu Meiſſen/ des Heil. Römiſchen Reichs Ertz-Marſchaln und Churfürſten/meinem gnädigſten Herrn/ einer perſöhnlichen Zuſammenkunfft / in Ihrer Königl. Majeſt. Stadt Lintz/ auff Ihr. Königl. Majeſtät freundliches und gnädiges Erſuchen und Begehren/verglichen/und demnach Ihre Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Gnaden zuſammen kommen/ nnd ſich dieſer jetztſchwebenden ſorglichen Kriegs-Ubung halben/ ſo ſich im Reich Teutſcher Nation zugetragen/ gnädiglich und freundlich unterredet/ wie dieſelbigen zu ſtillen/und die Mittel und Wege zu treffen ſeyn/ dadurch ferner endliche Handlung angeſtellet/ und Friede/ Ruhe und Einigkeit im Heiligen Reich gemacht und unterhalten werden möchte/ daß darauff Ihre Königl. Majeſtät und Churfürſtl. Gnaden nach vielerley mündlichen und ſchrifftlichen Unterhandlungen/ ſich letzlichen einer andern gütlichen Tagſatzung / darauff vermittelſt Göttlicher Gnaden die vorgefallenen Irrungen und Gebrechen gäntzlichen und endlichen abgeſchafft werden ſollen / mit einander vereinigt und verglichen/wie hernach folget: Erſtlichen/daß Ihre Röm. Königl. Majeſt. an ſtatt und von wegen Marggraff Albrechts zu Brandenburg/ Hertzog Hanns Albrechten von Mechelburg/und Landgraff Wilhelmen zu Heſſen/ und anderer Ihrer Churfürſtl. Gn. in dieſer Kriegshandlung Mitverwandten bewilliget haben/daß von wegen fernern gütlichen Handlung- und Vergleichungen obberührter Irrungen/und entſtandenen Kriegs-Ubungen/Ihr Königl. Majeſt. und Churfürſtl. Gnaden / auff ſchierſt kommenden Pfingſt-Tag / unſers lieben HErrn und Seeligmachers Himmelfarthstag/in der Stadt Paſſau/gegen Abend einkommen / und um Morgens zu früher Tagzeit die Handlungen wieder für die Hand nehmen und zu gütlicher Vergleichung handeln/und ſo viel immer müglich/bringen ſollen und wollen / doch Ihr. Königl. Majeſtät halben mit dem lautern Geding und Beſcheidenheit/nachdem der Churfürſt zu Sachſen/von Seiner Churfürſtl. Gn. Mitverwandten wegen nicht gewolt hat/ allhier einen friedlichen Anſtand/ biß nach Beſuchung ſolches gütlichen Tages/ zu bewilligen/daß S. Churfürſtl. Gn. bey obbemeldten Ihren Mitverwandten Fürſten ihres euſſerſten Beſten möglichen Fleiſſes/werbe/ anhalte und erlange/ daß ſie mit und neben S. Churfürſtl. Gnaden/ von Ihrſelbſt und ihrer aller Kriegsvolck und Mitverwandten wegen/ einen friedlichen Anſtand den 11. Tag des nechſtkommenden Monats Maji, angehoben und gehalten ſoll werden: Dergeſtalt/ daß Ihr Chur- und Fürſtl. Gnaden und derſelben Verwandten und Kriegsvolck/ in ſolchem wehrenden Anſtand/ weder Kayſerl. noch Königl. Majeſt. noch einigen andern Churfürſten/ Fürſten/ Stand oder Stadt/ noch derſelben Unterthanen/ ferner überziehen/ beſchädigen / vergewaltigen / brennen oder brandſchätzen/ ſondern in den Lägern/ da ſie liegen werden/ ihre Nothdurfft um ziemliche Bezahlung erkauffen/ und der armen Unterthanen auſſerhalben

gewöhnlicher Fütterung verſchonen/doch ſoll ihnen unbenommen ſeyn/in ſolchem Stillſtand ihre Läger ungefährlich zu verändern / aber ſich von Belägerung der Flecken und anderer Vergewaltung und thätlichen Handlungen enthalten. Herwiederum will ſich hierinn/der Röm. Kayſerl. Majeſt. hochgedachte Röm. Königl. Majeſt. auch freundlich und brüderlich mächtigen / und von Ihrer Kayſerl. Majeſtät wegen bewilliget haben / ſo bald ſolcher Stillſtand von Ihrer Churfürſtl. Gnaden und obbemeldten ihren Mitverwandten angenommen und bewilliget worden/ und durch Herrn Hanſen Walter von Hirnheim Ritter / Ihrer Kayſerl. Majeſtät von Seiner Churf. Gnaden / und ihren Mitverwandten/ſchrifftlich zu erkennen gegeben wird/ welches von dato innerhalb 12. Tagen gewißlich beſchehen ſoll / daß alſobald auch Ihre Kayſerl. Majeſtät und derſelben Mitverwandten und Kriegsvolck gleicher maſſen den friedlichen Anſtand halten ſollen und wollen / in aller Maas und Geſtalt / wie jetzo Ihrer Churfürſtl. Gnaden und ihrer Mitverwandten halben geſetzt iſt. Und damit aber ſolcher Anſtand auch ſeine Gewißheit und Ende habe/ ſo iſt von Ihrer Kayſerl. Majeſtät freundlich und gnädiglich begehrt worden/daß Er/als obſteht/ auf den 11. Tag Maj: angehen / aber von obbemeldten unſers lieben HErrn Himmelfarths-Tag anzureiten / nur einen Monat lang währen und gehalten ſoll werden/ und ſolch Ihr. Königl. Maj. freundliches und gnädiges Begehren / des Stillſtands haben / auff welches Erlangen/ Ihr. Königl. Majeſt. die Tagſatzung würcklich fürgehen zu laſſen beſtelt / will Ihr. Churfürſtl. Gn. bey Ihren Mitverwandten anbringen und befördern / und ob / auch wie es bewilliget/ als obſteht / die Kayſerl. Majeſt. durch obbemeldten Hirnheim berichten laſſen. Und nachdem der Churfürſt zu Sachſen abermahl freundlich begehrt / daß neben Ihr. Königl. Majeſtät auch derſelben geliebter Sohn/mein gnädigſter Herr/die K. W. zu Böhmen etc. zukünfftigen gütlichen Tag beſuchen / und neben Ihrer Königl. Majeſtät die Sachen endlich vergleichen helffen ſoll / darauff geben Ihr. Königl. Majeſtät und Seine K. W. dieſe freundliche Antwort/ daß ſie in ſolch Ihr. Churf. Gnaden Begehren/gern freundlich hiemit gewilliget haben wollen/ ſo nur es anderer ihrer Obliegen und ſonderlich der Hungariſchen Kriegs-Sachen halben / ſeyn wird mögen. Dieweil nun aber die Röm. Kayſerliche Majeſtät auch Churfürſten / Fürſten und Stände des Heiligen Reichs / an dem trefflich viel gelegen ſeyn will / daß ſolcher Kriegs-Empörung / und darauß erfolgte Weiterung/Blutvergieſſen/ und Verderbung Land und Leut / zeitlich vorkommen / und Fried / Ruhe und Einigkeit gepflantzt und erhalten werden / ſo iſt von der Röm. Königl. Majeſtät vor nutz und nothwendig angeſehen / und fürgeſchlagen worden / (welches Ihr. Churfürſtl. Gnaden / auch nicht hat ungefallen laſſen /) daß auff obbemeldten gütlichen Tag / durch die Röm. Kayſerl. Majeſtät oder Ihr. Königl. Majeſtät auch beſchrieben und erfordert ſollen werden / meine gnädigſte und gnädige Herren/die 4. Churfürſten bey Rhein / und der Churfürſt zu Brandenburg/ dergleichen von Geiſtlichen/der Ertz-Biſchoff zu Saltzburg / Biſchoff zu Eichſtätt / und Biſchoff zu Paſſau / und von den weltlichen Fürſten / Hertzog Albrecht zu Beyern/ Marggraff Hans zu Brandenburg / Hertzog Heinrich zu Braunſchweig / Hertzog Wilhelm zu Gülich / Hertzog Philips von Pommern und Hertzog Chriſtoff von Würtenberg / auff daß ſie ſich mit und neben Ihrer Königl. Majeſtät ſolcher gütlichen Unterhandlung unterfahen / und die entſtandene Irrungen und Kriegsübung zu gütlicher Hinlegung und Vergleichung mit GOttes Hülffe fördern uñ bringen helffen / wäre auch Sach/ daß die beſchriebene Chur- und Fürſten nicht alle ankämen / oder ſchickten / ſo ſoll nichts deſtoweniger die gütliche Unterhandlung durch die ſo ankommen/ vor die Hand genommen und gehandelt werden / ob ſie alle erſchienen wären. Und auff daß Ihr. Churfürſtl. Gnad deſto mehr Urſach zu erſcheinen haben/ ſo iſt von Ihr. Königlichen Majeſtät vor gut angeſehen/und begehrt worden / zu dem/ daß Ihr. Chur- und Fürſtl. Gnaden der Römiſchen Kayſerl. und Ihr. Königl. Majeſtät / und des Heiligen Reichs/ frey/ſicher und geſtrack Geleit/für ſich / und die ſo ſie mitbringen / zu / auff / und von ſolchem gütlichen Tag haben ſollen und werden / daß noch darüber der Churfürſt zu Sachſen / und obbemeldte Ihrer Churfürſtl. Gnaden/mitverwandte Fürſten/ für ſich und ihr Kriegsvolck und Mitverwandten / jedem ihre ſchrifftliche Verſicherung geben / und vermög derhalben gethane Abrede / zuſchicken und darinn verſprechen ſollen in beſter Form/ daß ſie/ und die ſo ſie ohngefährlich mitbringen / oder ſchicken werden/ desgleichen ihre Landſchafften und Unterthanen/ ſich in obbeſtimter Zeit des währenden gütlichen Tages / auch ihres Reiſens / zu- und von ſolchem gütlichen Tag / biß wieder an ihr ſicher Gewarſam und Hoffläger/ von Ihren Chur- und Fürſtl. Gnaden und ihnen in nichten beſchädiget / vergewaltiget noch überzogen ſollen werden/ſondern ihrenthalben in alle Wege ruhig / und unbedrängt bleiben ſollen / doch auch mit der Maas und Beſcheidenheit / daß herwiederum der Churfürſt zu Sachſen/ und Seiner Churf. Gnaden Mitverwandte Unterthanen und Kriegsvolck von Ihren Chur- uñ Fürſtl. Gnaden/ſolche Zeit auß und alſo unbeſchädiget und unbedränget bleiben und gelaſſen werden / und hat ſich Se. Churf. Gnaden / bey ihren Mitverwandten mit getreuen Fleiß anzubringen / und wo im̃er müglich / zu erhalten und fertigen zu laſſen bewilliget; Damit auch dem Churfürſten zu Sachſen und Sr. Churfürſtl. Gnaden Mitverwandten zu auff / und von ſolchem G. gütlichlichen Tag an aller Nothdürfftigen Sicherheit nichts abgehe / ſo bewilliget die Königliche Majeſtät hiermit / an ſtatt der Kayſerlichen Majeſtät / und vor ſich ſelbſt / daß ſie auch darzu/darauff und davon biß wieder an ihre gute ſichere Gewarſam der Röm. Kayſerl. und Ihr. Königl. Majeſtät und des Heil. Reichs frey und geſtrack ſicher Geleit haben ſollen / und ihnen darüber von Kayſerlichen / oder Ihrer Königl. Majeſtät an Ihrer Kayſerlichen Majeſtät und vor ſich ſelbſt nothdürfftige Fertigung verfolgen ſoll in beſter Form. Und ſolche obberührte des Churfürſten zu Sachſen und Seiner Churfürſtlichen Gnaden Mitverwandten Verſicherung den Chur- und Fürſten zu geben / ſoll auch wie billig auff Ihr. Chur- und Fürſtl. Gnaden Räthe und Diener / und die/ ſo ſie ohngefährlich mit Ihnen bringen / oder auff die Räthe/ ſo ſie an Ihre ſtatt ſchicken / ſamt denen/ ſo ſie ungefährlich mitbringen / verſtanden werden. Der Churfürſt zu Sachſen hat auch bewilliget / den Churfürſten und Fürſten / ſo Sr. Churf. Gnaden und Ihren Mitverwandten Lager / auff ein zwo oder

der drey Meil Weges nahe kommen / werden zu mehrer Sicherheit/ auff Erſuchen/ (welches zeitlich geſchehen ſoll/) etliche Pferde zu zuordnen/ damit ſie ſich in alle Wege/ gar keiner Gefahr oder Schadens zu befahren haben. Und damit nun auch meines gnädigſten Herrn Landgraffen Philipſen zu Heſſen Erledigung deſto fruchtbarlicher geſchloſſen werden möge / ſo bewilliget die Röm. Kayſerl. Majeſtät / daß die Churfürſten zu Sachſen und Brandenburg / jeder einen / und Landgraff Wilhelm einen/ deßgleichen Seiner Fürſtliche Gnaden Landſchafft einen Abgeſandten abfertigen mögen/ denen will Ihr. Kayſerliche Majeſtät / an meine Gnädigſte Frau / Königin Maria/ auff der Kayſerliche Majeſtät derhalben empfangenen Gewalt und Bewilligung / Schreiben geben/ daß ſie ſicher zu Seiner Fürſtlichen Gnaden kommen und gelaſſen werden mögen / dergleichen auch freundlich und brüderlich fördern / daß ihnen Vieren ſamt und ſonder/ vergönt und erlaubt werde / in Abweſen anderer ſich mit Sr. Fürſtl. Gnaden nothdürfftiglich zu unterreden. Was aber für freundlich Erſuchen und begehren vom Churfürſten zu Sachſen gethan worden / von wegen herauffbringung des Landgraffens / an der Kayſerlichen oder Ihrer Königlichen Majeſtät Hofe/ des will Ihr. König. Majeſtät an die Röm. Kayſerl. Majeſtät förderlich gelangen laſſen / und ſo viel mit nothdürfftiglicher Sicherheit beſchehen mag/ freundlich und Brüderlich befördern. Beſchließlich / wann dem Chur-Fürſten zu Sachſen / und dem König von Franckreich / einige Fürſchläge oder Mittel / wie S. Königlichen W. daß zwiſchen der Kayſerl. Majeſtät und Ihme/ Fried zu machen ſey/ achtet/ zu kommen/ ſo ſoll und will S. Churfürſtl. Gnaden dieſelbigen / Ihrer Königl. Majeſtät ferner überſchicken/ dieſelbigen an die Kayſerl. Majeſt. fürter gelangen zu laſſen/ und Ihr. Kayſerl. Majeſtät Willen und Gemüth darüber zu vernehmen / laut Ih. Königl. Majeſtät erſten Reſolution-Schrifft. Actum, in Ihrer Königl. Majeſt. Stadt Lintz / und mit Ihrer Königl. Majeſtät und Ihrer Churfürſtl. Gnaden fürgedruckten Secreten verwahret / den erſten Tag Maji, Anno im zwey und fünffzigſten.

Sic ergò, intra ſpatium trium Menſium componebatur Bellum ſatis funeſtum, à Smalcaldico quidem diverſum, ex radicibus, tamen ejus prognatum. Sanè & in hoc Bello inſcrutabilis latet Providentia Divina. Perſequebatur Imperatorem KAROLUM V. MAURITIUS, qui Ipſi in Bello Smalcaldico tenaciter adhæſerat, indeque, præmii loco, ad Electoratum, Agnato Ejus JOHANNI FRIDERICO ademtum, evectus. Feliciſſima erant Imperatoris arma in Bello Smalcaldico, nunc planè infelicia, captivum detinebat Cæſar Electorem deſtitutum atque Landgravium, nunc ipſe fugâ ſibi proſpicit, ne ab Electore, Landgravii Genero, Ejusque Filio capiatur. Quid hoc eſt? Reſpondeo cum Auguſtino: Sive de vaſis in honorem, ſive de vaſis in contumeliam, ipſi Gloria in ſecula ſeculorum, alios coronat, alios damnat, nusquam errat, alios probat, alios de aliis probat, omnes ordinat. *Sermon. de Tempor.* CCXLV. *Tom. Oper. X. fol.* 1159. *B.* Suſcepti itaque Paſſavii Tractatus, Menſe Junio An. MDLII. Menſe Auguſto per Dei Gratiam feliciter abſoluti.

Transact. Paſſaviens.

PROOEMII TRANSACTIONIS §. II.

De Nominibus Interponentium & Legatorum ad Tractatus Paſſavienſes.

Tenor Transactionis.

Demnach haben Wir und bemeldter Churfürſt zu Sachſen ꝛc. Uns auff obbeſtimmte Zeit allhieher verfügt/ und ſeynd der andern fünff Churf. hiernach bemeldte Geſandten / nemlich von des Ertz-Biſchoffs zu Mayntz/ Daniel Brendel von Homburg/ Thumherr daſelbſt Chriſtoph Matthias der Rechten Licentiat Cantzler / und Peter Echter. Von des Ertz-Biſchoffs zu Cölln/ Heinrich Saltzburg/ und Franciſcus Burckhard/ beyde Doctores. Von des Ertz-Biſchoffs zu Trier / Johan von der Layen Oberſter Archidiacon daſelbſt/ Philips Freyherr zu Winneberg und Beilſtein Landhoffmeiſter/ und Felix Hornung Doct. Cantzler. Von Pfaltzgraff Friederichs Ludwig/ Graff zu Stolberg/ Königſtein und Rutſchefort / Johann von Ducheim/ Amtman zu Creutzenach Melchior Drechſel Doct. und Johann Kötnick. Von Marggraff Joachims wegen/ Adam Trotte / Marſchall Chriſtoff von der Straſſe/ Timotheus Jung/ und Lambertus Diſtelmeyer/ alle drey Doctores / auch die Ehrwürdigen/ Hochgebohrnen / Ernſt / Ertz-Biſchoff zu Saltzburg ꝛc. Mauritz zu Eichſtätt/ und Wolffgang zu Paſſau/ Biſchoffen/ und Albrecht Pfaltz-Graffen bey Rhein/ Hertzog in Ober- und Nieder-Beyern / ꝛc. perſönlich/ und dann von des Biſchoffs zu Würtzburg / Heinrich Graff zu Caſtel/ Thumherr daſelbſt / und Hans Zobel von Johanſen Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. Adrian Albin / Doctor, Cantzler. Andreas Zech Doctor, und Barthel von Mandelsloh. Von Heinrichs des Jüngern Hertzogen zu Braunſchweig/ Veit Grimmer. Von Wilhelmen / Hertzogen zu Gülich/ Wilhelm Kettler / Wilhelm von Neuenhoff/ genannt Ley / Hoffmeiſter/ Dieterich von Schlepſtadt / und Carl Harſt / Doctores. Von Philipſen zu Pommern/ Jacob Zitzewitz / Doctor und Cantzler. Und von Chriſtoffen Hertzogen zu Würtenberg wegen / Hans Dieterich von Pleuningen/ Ober/ Voigt zu Stutgarten/ Ludwig von Frauenberg Ober-Voigt zu Lauffen/ Hans Heinrich Häcklein / und Caſpar Beer / beyde Doctores, auch bey Uns allhier erſchienen. Structura Verſionis Latinæ ita formata eſt: Proinde Nos, & infra „memorati Principes, Elector Saxoniæ &c. huc „ad dictam diem, cum cæterorum Electorum & Principum Legatis pervenimus, videlicet Archi- „Epiſcopi Moguntinenſis nomine, Daniel Bren- „del de Homburgk, majoris Ædis Canonicus Moguntiæ, Chriſtophorus Matthias Jurium Licen- „tiatus & Cancellarius, & Petrus Echterus. Ar- „chi Epiſcopi autem Colonienſis nomine, Henricus Salisburgenſis, & Franciſcus Burchardus, „ambo Doctores. Archi-Epiſcopi Trevirenſis nomine, Johannes de Petra Primas inter „Archi Diaconos Trevirenſes. Philippus Baro in „Winnenberg & Beilſtein, Ditionis Trevericæ, Aulæque Magiſter, & Felix Hornung Doctor, „Cancellarius. Palatini verò Friderici nomine,

Ludovicus Comes à Stolberg, Königſtein & Ruſchefort, Johannes è Dinheim, Præfectus in Creuzenach, Melchior Drechſel Doctor, & Johannes Koting. Joachimi Marchionis nomine Adamus Trothe Mareſchalcus, Chriſtophorus Stratius, Timotheus Jung, & Lambertus Diſtelmeyer, Doctores. Item Reverendi & Generoſi Erneſtus, Archi-Epiſcopus Salisburgenſis &c. Mauritius Eichſtetenſis, & Wolffgangus Paſſavienſis Epiſcopi, Albertus quoque Palatinus Rheni, Dux Superioris & Inferioris Bavariæ &c. in perſona. Item Epiſcopi Herbipolenſis nomine, Henricus Comes à Caſtet, Canonicus, & Johannes Zobel. Johannis Marchionis Brandenburgenſis nomine, Adrianus Albinus Doctor, Cancellarius, Andreas Zech Doctor, & Bartholdus à Mandelsloh. Henrici Junioris, Ducis Brunovicenſis nomine, Vitus Grumer. Wilhelmi Ducis Juliacenſis nomine, Wilhelmus Kettler, Wilhel. à Neuenhoff, appell. Ley, Magiſt. Curiæ, Theodoricus à Schepſtedt, & Carolus Horſtus, Doctores. Philippi Pomeraniæ Ducis nomine, Jacobus Zitzewitz, Doctor & Cancellarius. Et Chriſtophori Ducis Wirtembergenſis nomine, Johannes Theodoricus à Plenningen, ſuperior Advocatus in Stutgardia, Ludovicus à Frauenberg, Advocatus ſuperior in Lauffen, Johannes Henricus Hecklin, & Caſpar Beer, ambo Doctores, hîc coram Nobis comparentes.

CONSPECTUS.

(1) FRanciſcus Burchardus Transactioni Paſſavienſi & Paci Religioſæ interfuit & ſubſcripſit. (2) Poſtea eandem peculiari de Autonomiâ Libro acerrimè perſtringit. (3) Accuſatus ideo in Tractatibus Pacis Oſnabruggenſis.

OBSERVATA.

INter Legatos & Conditores Transactionis Paſſavienſis nominatus Franciſcus Burchardi, Electoris Colonienſis Cancellarius, qui & *P*aci Religioſæ in Comitiis Auguſtanis CIↃIↃCLV. conditæ ſubſcripſit, poſtea verò Eandem peculiari Scripto, ſub Rubro Autonomiæ, acerrimè perſtrinxit, accuſatus ideo à Statibus Proteſtantibus Gravaminibus Oſnabrugæ, dum de Pace ibi tractaretur, exhibitis: Et quidem Gravamine VI. Ibi: Auß Burchardi Autonomia, und der Dillinger friedhäſſigem Buche / Compoſitio Pacis genannt / ſo wohl andern verbitterten Schrifften iſt gnugſam zu erſehen / daß ſelbige unruhige Leute den Religion-Frieden durch allerhand gefährliche Aſſertiones, als daß es ein bloſſes Temporal-Werck und abgedrungene Tolerantz ſey / welche diejenige ſo darwider proteſtiret, nicht binde / und quoad Lutheranos ſtrictiſſimè zu verſtehen ſey.

PROOEMII TRANSACTIONIS §. III.

De Gravaminibus ab Electore Saxoniæ, Ejusque Fœderatis Principio Tractatuum Paſſavienſium Ferdinando Romanorum Regi oblatis.

Tenor Transactionis.

MIt welchen / als neben Uns fürgenommenen und beſchriebenen Unterhändlern / wir die Sachen für die Hand genommen / auch Anfangs von bemeldeten Churfürſten zu Sachſen / Seiner Liebden / und derſelben Mit-einiguns-Verwandten / Begehren und Beſchwerungen / in zween unterſchiedenen Schrifften empfangen / und folgends mit hohem Fleiß erwogen / und denen Sachen zum getreulichſten nachgedacht / und die fürſtehende hochſchädliche Kriegs-Empörung abgeſtellet / ſondern beſtändiger Friede / Ruhe und Einigkeit im Heil. Reich / teutſcher Nation wieder angerichtet / und erhalten werden möchte / und alſo letzlich / nach viel und lang gepflogener Schrifftlichen und mündlichen Unterhandlung hier nachfolgende Mittel / Puncten und Articul auff der Röm. Käyſerlichen Majeſtät Wohlgefallen / auch des Churfürſten zu Sachſen halben auff ſeiner Liebden Mit-Einigungs Verwandten Bewilligung und Ratification endlich abgeredet / betheidinget und verglichen. Idioma Latinum ita ſe habet: „Quibuscum vocatis Transactoribus rem cœpimus tractandam, ac initio dicti Electoris Saxonici, Suorumq; Conjunctorum Poſtulata & Gravamina duobus ſpecialibus ſcriptis complexa accepimus, Eaq; ſumma diligentiâ, Fideq; perpendentes, quoad amicè componi, & ingruentis Belli diſcrimina, Pace, Tranquillitate & Concordia firmata, in Sacro Teutonicæ Nationis Imperio averti poſſent. Atque ſic tandem poſt multam longamque tum ſcripto, tum verbo Rerum Tractationem agitatam, ſequentia media Punctaque ad Cæſareæ Majeſtatis Beneplacitum, ac Electoris Saxonici, Suorumque Confœderatorum Aſſenſum ac Ratificationem relata ſunt, deque iisdem unanimiter tandem in hunc, qui ſequitur, modum conventum eſt atque concluſum. Quum verò Gravamina ante ſuſceptos Tractatus exhibita ſint, neceſſe eſt, ut Articulis Transactionis præfigantur, Procemium illorum ita ſe habet: Das Teutſche Reich iſt ein frey Reich / in welchem man durch ordentliche Wahl ein Haupt der Chriſtenheit erwehlen muß. Und muß daſſelbe Haupt in Sachen / das Reich belangend / nach der güldenen Bulle / und alten löblichen Herkommen mit Wiſſen und Willen der Stände / und inſonderheit Churfürſten / regieren. Wie ſich auch ein jeglicher Kayſer / und auch jetziger gnädiglich verpflichtet hat / das Reich in allen würden und Gerechtigkeiten bleiben zu laſſen / ſo iſt darnach in etlichen Jahren dargegen allerley vorgenommen / damit ſolche Freyheiten Abbruch leyden. Dann erſtlich / ob wohl der Natur gemäß / und am bequemſten / daß ein jeglich Reich durch Perſonen ſeiner Nation / ſo die Gelegenheit der Unterthanen am beſten kennen / auch bey den Unterthanen mehr gutes Willens haben / auch Ihnen ihrer Mitglieder Wohlfahrt mehr zu Hertzen gehet / regieret wird / ob auch wohl Käyſerliche Majeſtät in geſchehener Wahl / ſich außtrücklichen obligiret, die Regierung des Reichs in Fried- und Kriegs-Zeiten / mit keiner andern Nation zu beſetzen / iſt doch demſelben zuwider geſchehen / und alles / Cantzeley / item, des Reichs Siegel / ſo vor Alters her den dreyen geiſtlichen Churfürſten / als Ertz-Cantzlern befohlen / etliche Jahr hero in fremder Leute Hand geweſen /

welchen der Teutſchen Nation Sachen und Gelegenheit gar unbewuſt/ darauß dann über daß/ daß es denen Ständen / ſo fremder Sprachen unkündig/ und Sachen bey ihnen außzurichten haben/ gantz ſchwer / auch ſonſten vielerley Unrichtigkeit und Unkoſten verurſachet.

COMPENDIUM.

(1) PRoteſtantes Gravamina Ferdinando Regi Romanorum, utpote Imperatoris Locum Tenenti, offerunt per Electorem Saxoniæ Mauritium. (2) Imperium Germanicum, das Teutſche Reich/ ſubjectivè dictum, oſtenditur eſſe liberum. (3) Disquiritur, utrum Imperium noſtrum adhuc poſſit dici Romanum, an ſolùm Germanicum. (4) Opinio Conringii aſſerentis, Romanum Imperium, exceptâ parte Italiæ exiguâ, poſſeſſione totius Occidentis excidiſſe, antequam Dignitas Ipſius ad Karolum Magnum tranſierit, & tum demum Germanorum Imperium eſſe ſubortum. (5) Diſſenſio plurimorum Virorum Illuſtrium ab hâc ſententiâ. (6) Uſu hodienum obtinet, ut Imperium noſtrum dicatur Romano-Germanicum, das Heilige Römiſche Reich/ & Imperator Sacratiſſimus appellatur Electus Romanorum Imperator, Erwehlter Römiſcher Kayſer. (7) Dicitur Imperium noſtrum Liberum, ein Frey-Reich/ quod Germani ſemper affectârunt & feliciter obtinuerunt. (8) Conſtitutum eſt in Imperio Romano-Germanico Caput Chriſtiani Cœtus, ein Haupt der Chriſtenheit/ ordinata & legitima Electione. (9) Hereditariam fuiſſe in Imperio Romano-Germanico ſucceſſionem uſque ad Annum Chriſti MLXXVI. oſtenditur Decreto Comitiali Forchheimenſi de Lege Regia. (10) Poteſtas eligendi Imperatores principiò erat penes Imperii Principes, (11) poſtea, ob contentiones ſæpius ſubortas, ad paucos, videlicet Septemviros redacta. (12) Quibus auſpiciis Septemviratus cœperit, an ſanctione Imperatoris Ottonis III. an Pontificis Gregorii Vti, an conſuetudine antiqua in Aureâ Bullâ roborata, inter Doctoris Juris Publici diſceptatur. (13) Autor ſanctionem Imperatoris & Pontificis Gregorii ad ſpuriam repudiat. (14) Septemviros ex Principibus Imperii Aulæ Imperatoriæ Officialibus Primariis conſuetudine prognatos eſſe non ſine ratione creditur. (15) Caput Imperii Electum dirigere debet Res Imperii, juxta diſpoſitionem Aureæ Bullæ, cæteraſque Imperii Conſtitutiones, & conſuetudinem antiquam conſenſu & ſuffragio Statuum Imperii, præprimis Electorum. (16) Imperator dicitur Caput Imperii Chriſtiani, das obriſte Haupt und Voigt der Chriſtenheit. (17) Statum Imperii Romano Germanici eſſe ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ mixtum, ita tamen, ut Monarchia prævaleat, oſtenditur ex Pacificatione Oſnabrugenſi Articulo VIII. (18) Electores Imperii Eminentiſſimos Columnas eſſe ac Latera, Sacratiſſimis Imperatoribus in partem ſollicitudinis conſtitutos, die förderſte und trefflichſte Stände / die förderſte Gliedere des Heiligen Römiſchen Reichs/ des Kayſers innerſte Gliedere und Hauptſeulen des Heiligen Reichs/ prolixè deducitur. (19) Imperator Karolus Vtus Dignitati & Juribus Imperii per aliquot annos multum derogavit. (20) Cancellaria & Imperii ſigillum peregrinis & exteris commiſſum. (21) Munia in quovis Imperio, præſertim Romano-Germanico, quamobrem Indigenis præ cæteris conferenda. (22) Quoad ſpecialia Electorum Gravamina plurimum contulit Illorum contemtus, quodque multa ſine Ipſorum ſuffragio & aſſenſu in Rebus Imperii facta ſint. (23) Demonſtratur hoc Proſcriptione Electoris Saxonici Johannis Friderici ſine conſenſu Electorum. (24) Itidem ex reſponſione ad Electores Imperatorem implorantes, ut urbem Romam, Imperii caput, & antiqua Jura Statibus Imperii ab Imperatoribus conceſſa reſtituerent, datâ, Facerem, niſi me Religio deterreret. (25) Oſtenditur Carolum Vtum contra Capitulationem ex Imperio Electitio facere Succeſſorium, Illudque ad Philippum Filium Hereditario jure transferendum intendiſſe. (26) Attentatum Karoli Vti de tollendo Senatu Electorali à Principum & Civitatum Imperialium Collegio ſeparato. (27) Turbamentum Electoris Saxoniæ, ut Archimareſchalli in Aureâ Bullâ deſignati, quoad Officium primi ingreſſus in Urbem, quam Imperator Coronationis aut alius negotiationis ergo intrare vult. (28) Contentio de primo ingreſſu inter Principem Anhaltinum, Electoris Saxoniæ Legatum, & Ducem Juliacenſem, ſub prætextu, Coloniam, quam ad ſuſcipiendam Coronationem intrare volebat Carolus Vtus, eſſe urbem Territorii ſui. (29) Diverſa de his geſtis JCtorum relatio. (30) Inter Gravamina Electoribus & Statibus Imperii communia familiam ducit denegatio & protractio Juſtitiæ. (31) Contemtus Statuum, & precum Illorum cum indignatione rejectio anſam dedit Gravaminibus. (32) Nec non protractio Comitiorum & exulceratio Rerum Imperii in iisdem. (33) Demonſtratur hoc exemplis. (34) Mulctæ itidem Principum aliis quam Imperatori in Bello inſervientium pariunt querelas. (35) Pariter ac exactio à Statibus Imperii Fœderi Smalcaldico nunquam implicatis. (36) Nec non Copiarum exterarum, præſertim Hiſpanorum, contra Pacta publica, in Germaniam inductio. (37) Similiter Demolitio Fortalitiorum in Germaniâ. (38) Et Cæſareanorum Miniſtrorum Libri famoſi contra Nationem Ger-

Germanicam, ſub Privilegio Imperatoris, publicatio Gravamina adauxerunt. (39) Nec minus Practica obtinendi vota majora in cauſſis Provincias Cæſaris Hereditarias attinentibus. (40) Repudiatio Receſſus Imperii Spirenſis Anno MDXLIV. (41) Recenſio Capitum illius Receſſus. (42) Pœnituit hujus Receſſus Pontificios poſt reportatam in Bello Smalcaldico victoriam. (43) Pœnitentiam hanc oſtendit apertè Inſtructio Legatorum Karoli Vti ad Comitia Auguſtana de Anno ciↄDLV. deſtinatorum. (44) Excluſio Proteſtantium ab Aſſeſſura Cameræ Imperialis agmen Gravaminum claudit, paulò poſt autem in Ordinatione Camerali Anno MDCLV. ſublatum.

OBSERVATA.

(1.)

Offerebant Gravaminum Conditores Proteſtantes Electorem Saxoniæ Mauritium Regi Romanorum Ferdinando Imperatoris Karoli Vti Locum in Tractatibus Tenenti, vid. Johann. Sleidan. *de Stat. Religion. & Reipublic. ſub Karol. V. Libr. XXIV. ad Ann. MDLII. pag.* 716. *Edition. Francofurtenſ.* MDCX.

(2.) Ajunt autem Imperium Germanicum **das Teutſche Reich** / ſubjectivè dictum, eſſe, Liberum, **ein Frey-Reich.**

(3.) Denominatio Imperii Germanici ab Electoribus, cæterisque Imperii Statibus, hic facta anſam dedit disquirendi, Utrum Imperium noſtrum adhuc poſſit dici Romanum an ſolum Germanicum? Mirificè torſit hæc quæſtio JCtos, Politicos atque Hiſtoricos Germanos atque Exteros.

(4.) Equidem Hermannus Conringius Conſiliarius Suecicus ac Brunſuicenſis ac Profeſſor Helmeſtadienſis, *Diſſertation. de Imperator. Roman. Germanic. quæ eſt inter Exercitationes ejus Academicas, de Republic. Imper. Germanic. II. theſ. IV. pag.* 32. *Edition. Francofurt. & Lipſienſ.* 1677. afferit, ſententiam illam, ſupereſſe hodie Romanum Imperium, Ejusque nobiliſſimam portionem eſſe Germaniam adeo vulgatam, ut eâ de re dubitare videatur abſurdum & abſonum, rem tamen, judicio Eruditiſſimorum Virorum, difficultate non carere, cum quibus ipſe ſentit Romanorum Imperium aliquot ante ſeculis eſſe extinctum, & tum demum Germanorum Imperium eſſe ſubortum, & in Libro *de Germanor. Imper. Roman. Cap. IV.* oſtendit Romanum Imperium, exiguâ Italiæ parte exceptâ, poſſeſſione totius pene Occidentis excidiſſe antequam Dignitas Ejus ad Karolum Magnum tranſierit *pag.* 13. *ſeqq. Edit. Helmeſtad.* MDCXCIV.

(5.) In alia omnia abeunt Dominicus Arumæus Anteceſſor Jenenſis poſtea Conſiliarius Brandenburgicus *de Jur. Public. Tom. I. Diſcurſ. II. pag.* 19. *ſeq. Edition. Jenenſ.* 1616. Daniel. Otto *Profeſſor Philoſophiæ Jenenſis Diſſertation. Juridic. Politic. de Jur. Public. Imper. Roman. cap. V. pag.* 100. *ſeq. Edition.* Wittebergenſ. 1632. Johann. Limn. Conſiliarius Onolbacenſis, *Jur. Publ. Roman. Germanic. Lib. I. cap. IV. num. 7. ſeq. mult. Edition. Argentoratenſ.* 1657. Benedict. Carpzov. JCtus & Conſiliarius Electoralis Saxonicus, *de Leg. Germanor. cap. I. Section. XV. num.* 19. *ſeq. fol.* 28. *ſeq.* Theodor. Reinking Holſatiæ Cancellarius *Tractat. de Regimin. Secular. & Eccleſiaſtic. Lib. I. claſſ. II. cap. III. num.* 7. *ſeq. pag.* 47. *ſeq. Edit. Marpurgenſ.* 1641. Juſt. Sinold. Schütz, Conſiliarius Haſſo-Darmſtadienſis, & Academiæ Marpurgenſis Pro-Cancellarius, *in Colleg. Public. de Stat. Rei Roman. Exercitat. I. theſ. XV. Lit. B. pag.* 26. *ſeq. Edit. Francofurt.* 1682. Johann. Helvic. Sinold. Schütz Conſiliarius Cæſareus & Cancellarius Cellenſis *Prælection. Academ. ad Jus Public. Lib.* I. *Tit.* I. *theſ.* 1. *&* 2. *pag.* 80. *ſeq. Edit. Francofurt.* Martin. Rumelin. Anteceſſor Tübingenſis, *Diſſertation.* I. *ad Aur. Bull. theſ. V. pag.* 16. *ſeq. Edition. Stutgardenſ.* MDCLV.

(6.) Quid multis? Uſu obtinuit, ut Imperium noſtrum dicatur Romanorum Germanicum **das Heilige Römiſche Reich**, & Imperator dicatur: **der Römiſche Kayſer.** Id ſi non ex aliis Imperii Actis conſtaret ſatis, noviſſima Pax Riſvvicenſis inter Sacram Cæſaream Majeſtatem, & Galliæ Regem Artic. I. oſtendit. Ibi: „Pax ſit Chriſtiana Univerſalis & perpetua, veraque amicitia inter Sacram „Cæſaream Majeſtatem Ejusque Succeſſores, & totum Sacrum Romanum Imperium; Ita & in Proœmio Pacificationum Weſtphalicarum Ferdinandus II. dicitur Electus Romanorum Imperator. In noviſſimo itidem Imperii Receſſu de A. MDCLIV. Ferdinandus III. dicitur Electus Romanorum Imperator **erwehlter Römiſcher Kayſer.**

(7.) Imperium noſtrum appellant Sereniſſimi atque Illuſtriſſimi Gravaminum Conditores, **ein Frey Reich.** Libertatem hanc ſemper affectâſſe Germanos, & feliciter obtinuiſſe erudite ex Hiſtoria oſtendit Dominus Johann. Schilter *Inſtitut. Jur. Public. Libr.* I. *tit.* III. §. 3. 4. *&* 5. *pag.* 38. *uſq. ad pag.* 42. *Edition. Argentoratenſ.* 1696. Liberum dicitur Imperium, quatenus nullius alterius niſi Imperatoris Romano-Germanici regimen agnoſcit, vid. Laudat. Juſt. Sinold. Schüzen, dict. *Colleg. Public. de Stat. Rei Roman. Exercitat.* I. *Theſ. XV. Lit. B.*

(8.) Pergunt Glorioſiſſimi Conditores conſtitutum eſſe Imperio Romano Germanico Caput Chriſtiani Cœtus, **ein Haupt der Chriſtenheit** / ordinata & legitima Electione.

(9.) Hereditariam fuiſſe in Imperio Romano-Germanico ſucceſſionem, uſque ad Annum Chriſti MLXXVI. oſtendit Decretum Comitiale Forchheimenſe de Lege Regiâ ut ne Imperium procedat ſucceſſione ſed Electione; Inde Rudolphus Romanorum Rex ab Archi-Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus, & Minoribus electus eſt Formale Sanctionis Pragmaticæ ita ſe habet apud Melchiorem Goldaſtum ab Haimensfeld, conſiliarium, Saxo-Vinarienſem *Tom. I. Conſtitution. Imperial. fol.* 238. *Edition. Francofurtenſ. ad Mœn.* MDCLXXIII. Ibi: (I) „Saxones & Suevi Forchheim conveniunt, ſed & de aliis regionibus Legati „aderant, quicquid iſti de Republica commodè de„finierint, idem laudare ſuos indicant. Aderat etiam „Legatus Apoſtolicus, qui cuncta, quæ de Regno „Principes utiliter diſponerent, Apoſtolicæ ſubli„mitatis auctoritate firmaret. Ex multis, quos „probitate dignos in Electione propoſuerunt, tan„dem RUDOLFUM Ducem Suevorum, Regem „ſibi Saxones & Suevi concorditer elegerunt. „(II.) At quum ſinguli deberent eum Regem lauda„re, quidam voluerunt aliquas conditiones interpo„nere, ut hac lege eum ſuper ſe levarent Regem,

„quate-

„quatenus ſibi de ſuis injuriis ſpecialiter promitteret juſtificationem. Otto namque Dux non prius volebat eum ſibi Regem conſtituere, niſi promitteret honorem ſibi injuſtè ablatum reſtituere. Sic & alii multi ſuas ſingulares cauſſas interponunt, quas ut ille ſe correcturum promitteret, volunt. Quod intelligens Apoſtolicus Legatus fieri prohibuit, & oſtendens eum non ſingulorum, ſed univerſorum fore Regem, ut Univerſis juſtum ſe promitteret, ſatis eſſe perhibuit. Ait etiam, ſi eo modo, quo cœptum fuerat, promiſſionib⁹ ſingillatim præmiſſis eligeretur, ipſa electio non ſincera, ſed hæreſis Simoniacæ veneno polluta videretur. (III.) Tamen quædam ſunt ibi cauſſæ ſpecialiter exceptæ, quas quod injuſtè viguerant, deberet emendare: Scilicet ut Epiſcopatus non pro pretio nec pro amicitia daret, ſed unicuique Eccleſiæ de ſuis electionem, ſicut jubent Canones, permitteret. (IV.) Hoc etiam ibi conſenſu communi comprobatum, Romani Pontificis auctoritate eſt corroboratum, Ut Regia Poteſtas nulli per hereditatem, ſicut ante fuit conſuetudo, cederet, ſed filius Regis, etiamſi valde dignus eſſet, per electionem ſpontaneam, quam per ſucceſſionis lineam, Rex proveniret; Si verò non eſſet dignus filius, vel ſi nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate Populus. (V.) Hæc omnia legaliter conſtituta ſunt in Conventu apud Forcheim, Anno Dominicæ Incarnationis MLXXVII. Anno IV. Venerabilis Papæ Gregorii in hoc nomine Septimi, Indictione XV. Idibus Martii. Delibâſſe Goldaſtum hanc Sanctionem Pragmaticam ex Brunonis Hiſtoria Belli Saxonic. pag. 134. & ſeq. Eumque cum Epiſcopo ſuo Conſtantienſi conventui Forcheimenſi interfuiſſe Ipſe profitetur *fol.* 139. Sed & Decretum hoc recitat Goldaſtus ex Paulo Bernriedenſi *in vita Greg. Papæ VII. pag.* 114. *eod. fol.* 139. hiſce verbis:

„Facto Conventu apud Forcheim, Legati Rom. Eccleſiæ, Bernhardus, Cardinali Diaconus, & Bernhardus Abbas Maſſilienſis, cum Chriſtiano poſtea Averſanæ Eccleſiæ Epiſcopo, Litteras Apoſtolicas in medium protulerunt: quàm parum Dominus Papa de promiſſione Regis lætatus fuerit, quum adverſarii Eccleſiæ plus audaciæ quàm terroris, ex præſentia Regis, acciperent. Ad hoc, ajebant, Eum petere, ut novi Regis Electionem, de qua audierat, in adventum ejus differrent, ſi hoc ſine periculo fieri poſſe perpenderent. Peracta igitur Legatione, ArchiEpiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, Majores atque Minores debitam Reverentiam Legatis impendentes, per conſeſſum ſinguli ſurrexerunt, & quot contumeliis, & quot periculis jam ab HENRICO Rege affecti eſſent, vel ſe afficiendos fore non dubitarent, Legatis lamentari cœperunt, ſeque totiens inſidias Ejus inter ipſa Pacis oſcula vix evaſiſſe, ut nec juramento ejus deinceps aliquam fidem exhibere poſſent; Hoc quoque addentes, Se tamdiu eum poſt depoſitionem toleraſſe, non utiq; ut correctionem Ejus, utpote penitus deſperatam exſpectarent, ſed ut quibusdam occaſionē calumniandi auferrent, quiqui fortaſſe Ei, ſi non tamdiu exſpectaretur, correctionem interclusam fore conquererentur, totaq; illa die cum hujusmodi querimoniis tranſacta, nec medietatē injuriarum ſibi illatarū enumerare potuerunt. (In craſtinum vero iterum ad hoſpitia Legatorū convenientes, pro ſua neceſſitate ſublevanda, Eos conſuluerunt, ſuggerentes Eis periculoſiſſimum, & irrevocabile ſchiſma in toto Regno futurum, niſi in eodem Conventu, ut deliberaverant in alicujus novi Capitis ſublevatione Confœderati, illud anticipare feſtinarent. Legati autem, Legationis ſuæ non immemores, ſatis compendioſè ad hæc reſponderunt, ſibi quidem optimum videri, ſi Regis conſtitutionem, juxta Eorum Legationem, in adventum Domini Papæ ſine periculo differre poſſent. Cæterùm proviſionem Regni non tam in Eorum Conſilio, quàm in Principum arbitrio ſitam eſſe dixerunt, qui Rempublicam in manibus tenerent, ac totius Regni damnum, ſive proficuum, optimè prænôſſent. Itaque Principes Regni, de adventu Papæ incerti, ſed de maxima diſſenſione eventura, & periculo, ſi differrent, certiſſimi, accepta Licentia à Legatis apud Moguntinum ArchiEpiſcopum convenerunt, & quid eis agendum eſſet, ſingulari diligentia, invicem tractaverunt; Conſiderantes quidem, ſe ad nullam dilationem ab Apoſtolico coactos, ſed hoc in Eorum arbitrio poſitum eſſe; nec alicui, niſi ſibi Ipſis deinceps imputandum fore, ſi dilatio noceret. Inſuper, ſe nullius ſubjectionis exhibendæ HENRICO Regi obnoxios, imò per Apoſtolici Banni transgreſſionem damnandos, ſi aliquam ſubjectionem Regi deinceps exhiberent. Nam Papa, priusquam Eum Anathematizaret, ex parte omnipotentis Dei, & Sancti Petri, & ſua, illi Regnum interdixit, & omnes Chriſtianos juramento, quod ſibi feciſſent, vel facturi eſſent, abſolvit; & ut nullus Ei, ut Regi ſerviret, interdixit, qui poſtea ab eo Communionem tantum, non Regnum, falſæ correctionis promiſſione, recuperavit. Hoc igitur Principes Regni diligentiſſimè perſcrutati, ſe quidem à Regis HENRICI poteſtate penitus, ut prædictum eſt, emancipatos, nec ſe illi plus, quàm illum illis, alicujus fidelitatis vel ſubjectionis obnoxios, ut liberi homines, RUDOLPHUM, Ducem Suevorum fruſtra multum renitentem, fruſtraque vel unius horæ inducias ad conſulendum petentem, Regiâ Dignitate ſublimaverunt, Virum ſanè in humilitate præcipuum, Regio honori ætate & moribus idoneum, Eique ſe debito fidelitatis Sacramento ſubdiderunt. Qui utique Regnum non ut proprium, ſed pro diſpoſitione ſibi creditum reputans, omne Hereditarium Jus in Eo repudiavit, & vel Filio ſuo ſe hoc adoptaturum fore penitus abnegavit, juſtiſſimè in arbitrio Principum eſſe, decernens, ut poſt mortem Ejus liberè, non magis filium Ejus, quàm alium eligerent, niſi quem ad id Culminis ætate & morum gravitate dignum inveniſſent. Hunc igitur RUDOLPHUM tam legitime electum ArchiEpiſcopi Moguntinus & Magdeburgenſis, cum Eorum Suffraganeis, Legatis Sedis Apoſtolicæ præſentibus, & Regni Principibus Regali inunctione conſecrârunt. Electus eſt autem ab ArchiEpiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus atque Minoribus in Conventu apud Forcheim Anno Dominicæ Incarnationis M. LXXVII. Anno IV. Venerabilis Papæ Gregorii in hoc nomine Septimi, Indictione XV. Idibus Martii.

(10.) Ex eo tempore Imperium Romano-Germanicum cœpit eſſe Electitium, ita ut nullus Imperator, niſi prævià Electione faſces Imperii aſcendere poſſit. Poteſtas autem elegandi Imperatorem primùm erat penes Imperii Principes, id quod diſertè profitetur Pontifex Bonifacius *in cap. venerabilem* 34. *X. de Election. & Elect. poteſtat.* Ibi Principibus Jus & Poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum, recognoſcimus, ut debemus, ad quos de Jure ac antiquâ conſuetudine noſcitur pertinere. Equidem pertinuiſſe Electionem Imperatoris ad Principes Imperii conſtat ex Receſſu ſive Decreto Herbipolenſi de Anno MCLXVI. Ibi Imperator Ferdinandus I. „§. 3. Præterea Noſter in Imperio Succeſſor, quem „Principes univerſi elegerint hunc honorem Eccle„ſiæ Dei & Imperii, & hanc partem Noſtram, ſub „eodem Juramento tuebitur ſemper atque tenebit. Prolixè hoc perſequitur Erneſtus Ludovicus Cortrejus, *Conſiliarius Anhaltinus, Filius meus Amantiſſimus,* I*nterpretation. Hiſtor. Politic. Legal. Cap. Venerabil.* 34. *X. de Elect. & Electi poteſtat. Menſ.* Novem*bri MDCXCIII. pro obtinenda utriusque Juris* Candi*datura in* Illu*ſtriſſima Univerſitate Lipſienſi per aliquot dies publicè propoſita*, quam, quum ad cognitionem ſtatuum Sacri Romani Imperii multum conferat, inſtar Mantiſſæ hiſce Obſervatis ſubjungere non pœnitebit.

(11.) Aſt quum hæc Principum Electio ſanguineis ſæpius contentionibus proceſſerit, ideo eligendi poteſtas ad paucos, & quidem Septemviros reducebatur.

(12.) An inſtituto Imperatoris Ottonis III. & Pontificis Gregorii V. an conſuetudini antiquæ, in Aurea Bulla Karoli IV. corroboratæ hoc adſcribendum JCti mirificè contendunt.

(13.) Equidem cum Sanioribus ſanctionem Ottonis & Pontificis ut ſpuriam repudio, vid. Limn. *Libr.* III. *Jur. Publ. cap.* 1. *Johann. Strauch. Inſtitut. Jur. Publ. Tit.* III. *§.* 3. *&* 4.

(14.) Illud certum eſt, inter Principes eligentes fuiſſe primarios Aulæ Imperialis, & Imperii officiales, ſeptem, utpote tres Archi-Cancellarii, Comes videlicet Palatinus ad Rhenum, ut Magiſter Palatii qui & Archi Dapifer, Archipincerna, Archi-Mareſchallus, & denique Archi-Camerarius, qui ex perſonis à Principibus cunctis nominatis eligebant unum ab omnibus confirmandum. Quum vero ſucceſſu temporis, reliqui Principes Electioni haut eſſent præſentes indeque Juri ſuo tacitè renunciarent, Electio ad ſeptem Imperii Officiales conſuetudine tranſiit, ad quem provocat Aurea Bulla cap. I. §. 1. cap. IV. *§.* 2. vid. Dominus Schilter. *Laud. Inſtitut. Jur. Publ. Libr.* 1. *tit.* XIV. §. XVII. *pag.* 146.

(15.) Pergunt Conditores Transactionis dicendo caput Imperii Electum Res Imperii dirigere debere, juxta diſpoſitionem Aureæ Bullæ cæteraſque Imperii Conſtitutiones & conſuetudinem antiquam, conſenſu & ſuffragio ſtatuum Imperii præprimis Electorum.

(16.) Dicitur Imperator hîc CAPUT IMPERII CHRISTIANI, ita & in Aurea Bulla, cap. II. §. 3. Ibi jurat Elector Moguntinus, ſe cum Dei adjutorio, eligere velle temporale caput populo Chriſtiano. In Receſſu Imperii Spirenſi de Anno MDXXIX. §. **und anfänglich** / 1. à Ferdinando Romanorum Rege condito, Imperator dicitur **das Oberſte Haupt und Voigt der Chriſtenheit.** In Receſſu Auguſtano, de anno MDXXX. §. **Nachdem aber** / 10. Imperator Karolus V. Se ipſum appellat **den Römiſchen Kayſer / und Obriſten Voigt der Chriſtenheit.** In Receſſu Spirenſi de anno MDLXX. *§.* **Nach erledigten Puncten** 24. Imperator Maximilianus II. nominat ſe **Ein Wachendes Haupt des Römiſchen Kayſerthums.** Pariter & in reſolutione Colloquii Electoralis ad Propoſitionem Imperatoris Ferdinandi II. in Diæta Electorali Ratisbonenſi D. XVI. Jun. mentio fit Ejus, **als des wachenden und in viele Wege mit** lædirten **Ober-Haupts.** vid. Londorp. Augmentat. *Tom. IV. Libr. I. cap. XVII. Section. II. fol.* 53. *Edit. Francofurt.* MDCLXVIII.

(17.) Quando Electores & Status in Procemio Gravaminum ajunt Imperatorem Gubernacula „dirigere debere cum ſuffragio Statuum, præſertim Electorum, indicant Statum Imperii Romano-Germanici eſſe ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ mixtum, ita tn. ut Monarchicus prævaleat, eò quòd Imperatori ſpecialia ſint reſervata, nemini Statuum competentia, prout alibi latè propoſui. Imperatorem autem ſuffragio Electorum & Statuum Res Imperii potiſſimas gerere debere noviſſimè in Pacificatione Oſnabrugenſi, Artic. VIII. *§. Gaudeant* 2. Ibi: Gau„deant ſine contradictione Jure ſuffragii in omni„bus deliberationibus ſuper negotiis Imperii præ„ſertim ubi leges ferendæ vel interpretandæ, Bel„lum decernendum, tributa indicenda delectus aut „hoſpitationes militum inſtituendæ, nova muni„menta intra Statuum ditiones exſtruenda, nomi„ne publico, veterave firmanda præſidiis, nec non „ubi Pax aut Fœdera facienda, aliave ejusmodi ne„gotia peragenda fuerint nihil horum aut quic„quam ſimile poſt hac unquam detur vel admitta„tur, niſi de Comitiali liberoque omnium Imperii „Statuum ſuffragio & conſenſu. Cumprimis ve„rò jus faciendi inter ſe & cum Exteris Fœdera, pro „ſua cujusvis conſervatione ac ſecuritate, ſingulis „Statibus perpetuò liberum eſto, ita tamen ne ejus„modi Fœdera ſint contra Imperatorem, & Impe„rium, Pacemque ejus publicam vel hanc imprimis „Transactionem, atque ſalvo per omnia jura„mento quo quisque Imperatori & Imperio „obſtrictus eſt. Prærogativa Status Monarchici dilucidè apparet ex verbis Pacificationis, quòd Statibus Imperii ſint libera, ſalvo tamen Juramento quo Imperatori obſtricti ſunt. Quamvis ergo in ſuffragium adhibeantur, ſi Res totum Imperium attinent, ſubditi tamen ſunt Imperatoris ut Monarchæ.

(18.) Signatè additur præprimis Electorum; Sunt enim Electores imperii columnæ & latera, qui plurimorum neceſſitatibus relevandis Cæſareæ Sublimitati aſſiſtunt, in partem ſolicitudinis conſtituti, uti loquitur Aurea Bulla cap. XXX. §. 1. Et hoc quoque diſertis verbis profitetur Imperator Sigismundus in Bulla de Jure & Succeſſione Elect. Palatin. de Anno MDCXIII. apud Melchior. Goldaſt. ab Haimensfeld *Tom. Conſtitut.* I*mperial.* I. *fol.* 398. *Edition. Francofurtenſ. ad Mœn.* 1973. Ibi: „Ferventiori affectu cor noſtrum accenditur penes „ea quæ ſacri decus Imperii, & Illuſtres ipſius Principes Electores, per quos cœpit, & in quibus conſiſtit noſtræ Gloriæ Celſitudo, qui & in partem ſolicitudinis nobiſcum ſunt vocati;

cati; In Ordinatione Regiminis Auguſtanâ, de Anno MD. ſub Rubro **Churfürſten / Fürſten / ſollen fünffhundert Pferde halten /** appellantur Electores **die förderſte und trefflichſte Stände.** Sic in capitulationibus Imperatorum ab ævo Karoli V. usque ad tempora moderni Regis Romanorum, JOSEPHI I. nominantur Electores **die förderſten Glieder des Heil. Römiſchen Reichs.** In laudata reſolutione Collegii Electoralis de Anno 1630. §. **Einmahl iſt der Dienſt die Hauptſeulen und Ihrer Käyſerlichen Majeſtät faſt vonehmſte Glieder von welchen die Kayſerliche** Dignität **und Scepter Kayſerlichen Hoch-erhebten Standes und Gewalts herrühret.** In conſtitutione Ruperti Comitis Palatini Rheni, de jure Electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ competente de Anno MCCCLVI. dicuntur Electores ſacri Imperii Fundamenta & Columnæ Fortiſſimæ, quæ Sacri Imperialis Ædificii Thronum Cæſareum attollunt decoribus graviſſimis, quibusque Dei Gratia piâ dignatione credidit Eum eligere, cujus potentia totius mundialis Machinæ regitur Monarchia. Apud Melchiorem Goldaſtum ab Haimensfeld *Tom. Conſtitution. Imperial.* II. *fol.* 91. in Capitulatione Glorioſiſſimi Regis Romanorum JOSEPHI dicuntur Electores, **des Heiligen Römiſchen Reichs forderſte Glieder und Grundſeulen.** In Exemplo Capitulationis perpetuæ, juxta diſpoſitionem Pacificationis Oſnabrugenſis, ab Electoribus in Comitiis modernis conſcriptæ, & à principibus ac Statibus Imperii approbatæ, quam exhibet Jacob Bernhard. Multz *in Repræſentat. Majeſt. Imperator. part.* 1. *Cap. XII. fol.* 140. *ſeq. Edition. Oetingenſ. MDXC.* Articul. III. nominantur **des Kayſers innerſte Glieder und die Hauptſeulen des Heiligen Reichs**/& obligantur Imperatores in perpetuum, ut in Rebus Imperii arduis, ſine præſcitu & ſuffragio Electorum, nihil aſſumere velit: Juvat ipſa Capitulationis adducere verba: **Der Erwehlte Röm. Regierende Kayſer ſoll und will des Heil. Römiſchen Reichs Churfürſten als ſeine innerſte Glieder/ und die Hauptſeulen des Heiligen Reichs jederzeit in ſonderbahrer hoher** Conſideration **halten / in wichtigen Sachen/ ſo das Reich antreffen/ und von hoher** Præjuditz **und weitem Außſehen ſeynd/ nach Anleitung der Güldenen Bull/ Ihres Raths Bedenckens und Gutachtens ſich gebrauchen / auch ohne dieſelbe nichts vornehmen.**

(19.) Ajunt porrò, Gravaminum Conditores, Imperatorem Karolum V. ſe obligâſſe Imperii Dignitatem & Jura ſarta tectaque conſervaturum, aſt multum illis aliquot Annis derogâſſe. Obligatio Imperatoris exſtat in Articulo IV. Capitulationis, Ibi: **Und in alle Weg ſollen und wollen Wir/ die Teutſche Nation / das Heil. Römiſche Reich und die Churfürſten/ als die förderſten Glieder deſſelben auch andere Fürſten/ Graffen / Herren und Stände/ bey ihren Hoheiten / Würden/ Rechten / Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / jeden nach ſeinem Stand und Weſen/ bleiben laſſen / ohn unſer und männigliches Eintrag und Verhinderniß/ und ihnen darzu ihre** Regalien, **Obrigkeiten/ Freyheiten /** Privilegien, **Pfandſchafften und Gerechtigkeiten auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/ ſo ſie bißher gehabt haben / oder in übung geweſen ſind/ zu Waſſer und zu Lande / in guter beſtändiger Form ohne alle Weigerung** confirmiren, **und beſtättigen / ſie auch darbey/ als Römiſcher König handhaben/ ſchützen und ſchirmen; doch männiglich an ſeinen Rechten unſchädlichen.**

(20.) Succedit nunc Gravamen Imperii generale: Cancellariam & Imperii Sigillum, cujus cuſtodia antiquitus Electoribus tribus Eccleſiaſticis, utpote ArchiCancellariis, delegata, per aliquot Annos, in Peregrinorum Rerum Imperii inſciorum manu fuiſſe indeque Germanis, quorum plerique exotericarum Linguarum ignari, multa obveniſſe incommoda, multasque confuſiones eſſe ſubortas.

(21.) Quum tamen Munia, in quovis Imperio indigenis ſint conferenda, ex rationibus, quas inducunt Electores conquerentes, belliſſimis, quod (1.) Naturæ congruum ſit indigenas præferri peregrinis. Neque enim Natura igniculos indidit peregrinis, quibus ad amandam Rempublicam inflammentur, quos eadem Natura in patriam alit. vid. Michael Piccard. *Comment. in Libr. V. Politicor. Ariſtot. cap. III. pag.* 690. *Edition. Jenenſ.* MDCLIX. (2.) quod Subditorum Genium & mores melius noſcant. Rerum autem gerendarum caput eſſe noſſe Rempublicam, & perſpectos habere civium mores, vid. Wolfgang. Heider. *in Syſtem. Phil. Polit. cap. II. ſub rubr. Qui imperare debeant an peregrini an indigenæ p.* 352. *Edit. Jenenſ.* MDCXXVIII. (3.) Quod Subditis gratiores ſint indigenæ quàm peregrini. (4.) Quod indigenæ membrorum ſuorum majorem habeant curam quam peregrini vid. Joachim. Mynſiger. *Centur.* IV. *Obſervat.* XXX. *pag.* Eberhard Speckhan. *Quæſtion.* IX. *num.* II. *fol.* 138. *fac.* 2. *Edition. Francof.* MDCXCV. (5.) Ex obligatione Imperatoris in Capitulatione Artic. XIII. XIV. Ibi: **Wir ſollen und wollen auch Unſere Königliche und des Reichs Aemter an Hoff und ſonſten im Reich / mit keiner andern** Nation, **dann gebohrnen Teutſchen / die nicht niederes Standes noch Weſens/ ſondern nahmhafftige redliche Leute/ von Fürſten/ Graffen/ Herren/ von Adel/ und ſonſt dapffers guten Herkommens / hohen Perſonen beſetzen und verſehen / auch die obbenanten Aemter bey ihren Ehren/ Würden/ Gefällen/ Rechten und Gerechtigkeiten / bleiben / und denſelben nichts entziehen / oder entziehen laſſen / in einigen Weg ſonder Gefährde. Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs/ keine andere zungen/ noch Sprach gebrauchen laſſen/ dann die Teutſche/ oder Lateiniſche Zungen: Es wäre dann an Orten / da gemeiniglich eine andere Sprach in Ubung und Gebrauch ſtünde / alsdann mögen Wir und die Unſern/ uns derſelben daſelbſt auch behelffen.** III. Ibi: **Dazu ein löbliches ehrlich Regiment / mit frommen / annehmlichen / dapffern / verſtändigen / redlichen Perſonen Teutſcher** Nation, **neben etlichen Churfürſten und Fürſten / wie vormahls bedacht/ und auff der Bahn geweſen / wie zum geſchicklichſten zu bedencken ſeyn mag / auffrichten und ſtellen/ damit die Mängel/ Gebrechen und Beſchwerungen allenthalben im Heil. Reich abgelegt/** reformirt, **und in gutes Weſen und Ordnung gebracht werden / doch Unſern lieben Ohmen und Churfürſten/ Pfaltz und Sachſen / an ihren Rechten und Freyheiten / wes ſie des** Vicariats-**Amts halben haben/ unſchädlich.** Præter rationes ab Electoribus & Principibus adductas, de præferendis indigenis in muneribus publicis ſuppeditant alias. Marc. Zuer. Boxhorn. *Libr. I. Inſtitut. Publicar. cap.* VIII. *in not. ad* § 4. ubi ait eſſe contra decus Imperii peregrinos præfer-

re inquilinis. De ſe enim ac ſuis dubitare videtur, qui extraneos in partem imperii vocant. *pag.* 150. *Edition. Lipſienſ.* MDCLIX. Aliam rationem ex metu ſeditionis devocant & exemplis demonſtrant, ægre ferre indigenas, ſi ab honoribus arceantur, admiſſis peregrinis Arnoldus Clapmar. *de Arcan. Rerumpublic. Libr. II. cap. XXIII. pag.* 112. *Edition. Lugdunenſ.* 1644. Gregor. Richter. *Axiomat. Politic.* CCXLVIII. *pag.* 545. *Edition Sedinenſ.* MDCLIV. Hinc Tyrannorum eſſe peregrinos civibus præferre, ad menſam vocare, & Reipublicæ cuſtodes efficere, aſſerunt Henning. Arniſ. *Lib. II. Doctrin. Politic. cap. V. pag.* 234. *fac.* 2. *Edition. Argentoratenſ. MDC. XLVIII.* Chriſtophor. Beſold. *Lib. II. Politicor. cap. III. num. 6. pag.* 635.

(22.) Specialia Electorum Gravamina hæc ſunt: (I) Contemtus Electorum, quodque, in Rebus Imperii multa ſine ſuffragio & conſenſu illorum, contra Leges Imperii facta ſint. Formale verborum ita ſe habet: Obwohl die Churfürſten die fürnehmſte Glieder ſeynd / und Seulen des Reichs in der güldenen Bulla genannt werden / ohne welcher willen in wichtigen Sachen nichts geſchehen ſoll / ſo wiſſen dennoch frembde Nationen davon zu ſagen / in was Verachtung dieſelben eine Zeitlang anhero geweſen / und nie mit ihrem Rath und Wiſſen in vielen Sachen gehandelt. Electores dici præcipua Imperii membra & Columnas Imperii, in partem ſolicitudinis Rerum Imperialium conſtituti & vocati ſupra ex Aurea Bulla Receſſibus Imperii, aliisque Actis publicis demonſtratum eſt.

(23.) Multa autem ardua ab Imperatore ſine conſenſu Electorum eſſe ſuſcepta patet inter alia ex Proſcriptione Electoris Saxonici Johannis Friderici, aliisque. Juſtiſſima ergo Electorum erat querela. (II.) Electorum Gravamen erat: Feuda Imperii aperta & confiſcata, ſine conſenſu Ipſorum ad alios eſſe tranſlatos. Tenor Gravaminis hic eſt: Wiewohl ſich / vermöge obgenanter Kayſerlichen Obligation, gebühret / ohne ihre ſonderliche Bewilligung / keine des Reichs eroberte oder confiſcirte Lehen / die etwas anſehnlich zu verleyhen / oder dem Reich zu entziehen / ſo weiß man doch / wie bißher mit etlichen Fürſtenthümen / Graffſchafften inn- und auſſerhalb Teutſcher Nation / auch mit etlichen Jurisdictionen auch der Enderung etlicher Belehnungen gehandelt worden / zum Theil unerſucht / zum Theil auch mit Rath und Bedencken der Churfürſten. Obligatio Cæſarea, ad quam Electores conquerentes provocant, exſtat in Ejus Capitulatione Artic. IX. Zu dem und inſonderheit / ſollen und wollen Wir dem Heiligen Römiſchen Reich und deſſelben Zugehörungen / nicht allein ohne Wiſſen / Willen und Zulaſſen gemeldter Churfürſten / ſamtlich / nichts hingeben / verſchreiben / verpfänden / verſetzen / noch in andere Wege veräuſſern oder beſchweren / ſondern Uns auch auffs höchſt bearbeiten / und allen möglichen Fleiß und Ernſt fürwenden / dasjenige ſo davon kommen / als verfallen Fürſtenthumen / Herrſchafften und andere / auch confiſcirte und unconfiſcirte merckliche Güter / die zum Theil in anderer frembder Nation Hände ungebührlicher Weiſe gewachſen / zum fürderlichſten wieder darzu bringen / zueignen / auch darbey bleiben laſſen / doch männiglich an ſeinen gegebenen Privilegien, Rechten und Gerechtigkeiten unſchädlich.

(24.) Qumque (III) Electores Imperatorem Karolum Vtum litteris ſollicitarent, ut Urbem Romam, Imperii Caput, & antiqua Jura Imperii Statibus ab Imperatoribus anterioribus conceſſa reſtitueret, reſpondiſſe fertur: *Facerem, niſi me Religio deterreret*, quaſi Religio impedimento ſit, quo minus ſua repetere liceat, vel Religio Catholica in vigore manere nequeat, ſi reſtituerentur injuſtè quæſita, vid. Jurg. Valentin. Winther. Pomeraniæ quondam Ducum Conſiliarius *in Parthen. Litigioſ. Libr.* II. *cap.* III. *pag.* 386. *Edit. Argentorat.* MDCXXVIII. Juſtè ergò conqueſti ſunt Electores Imperatorem pactis haut ſtetiſſe.

(25.) (IV) Electorum Gravamen erat Imperatorem meditari ex Imperio Electitio facere Succeſſorium contra fidem in capitulatione datam. Obligatio in Artic. XXVIII. ita ſe habet: Und inſonderheit ſollen und wollen Wir uns auch keiner Succeſſion oder Erbſchafft des offternennten Röm. Reichs anmaſſen / unterwinden / noch in ſolcher Geſtalt unterziehen / oder darnach trachten / auff Uns ſelbſt unſere Erben und Nachkommen / oder auff jemand anders unterſtehen zu wenden / ſondern Wir dergleichen unſere Kinder / Erben und Nachkommenden / die gemeldten Churfürſten / ihre Nachkommen und Erben zu jeglicher Zeit bey ihrer freyen Wahl / wie von altersher / auff ſie kommen / die Güldene Bull / Päbſtliche Recht und andere Geſetze oder Freyheiten vermögen / ſo es zu Fällen käm / die Nothdurfft und Gelegenheit erfordern wird / geruhiglichen bleiben / und gantz ungetrangt laſſen: Wo aber darwider von jemands geſucht gethan / oder die Chrfürſten in dem getrungen würden / daß doch keines weges ſeyn ſoll / das alles ſoll nichtig ſeyn / und dafür gehalten werden. Auſus Ejus in transferendo Imperio Romano Germanico ad Filium Philippum jure hereditario recenſet Jacob. Auguſt. Thuan. *Libr. Hiſtoriar. V. fol.* 150. *F* & 151. *B.* his verbis: „Mens erat Cæſaris, retractata Fratris in Regem Romanorum facta Coloniæ inauguratione Filium per Septemviros, metu aut beneficio obnoxios, in Imperium Succeſſorem deſignandum curare, eoque conſilio Maximilianum arctiore ſibi adfinitate junxerat, & quavis alia conditione oblatâ, cum Fratre poſtea egit, ut aſſentiretur; Rebus etenim tam proſperè ſuccedentibus jam non de Cæſarea Dignitate Fratri, ſecundum Imperii Leges, relinquendâ, ſed Filio Jure hereditario attribuendâ cogitare cœperat. Verum neuter ullâ ratione adduci potuit, ut aſſenſum præberet. Et ſic fama, cujus meminerunt Electores in hoc Gravamine, percrebeſcens non erat ſine radice.

(26.) (V) Gravamen poſitum erat in Attentatis de tollendo Senatu Electorali, à Principum & civitatum Senatibus diverſo ac ſeparato. Tenor Gravaminis ita ſe habet: Wiewohl die Churfürſten in allen Reichshandlungen / ihren ſonderlichen Rath haben / ſo hat man dennoch ihnen / wann ſie ihre Meynung geſagt / nicht allein nicht Audientz geben wollen / ſondern zu Zeiten auch mit ungnädigen Worten hart zugeſprochen / als wolten ſie vorſetzliche Spaltung machen / in denen Sachen / da man wenig gefallen innen hette. Alles ihnen zu groſſem Abbruch / Verkleinerung und Neuerung des gantzen Reichs. So hat man auch offt gedrungen / daß man einen gemeinen Rath aller Stände haben wolte / und alſo der Churfürſten ſon-

ſonderlichen Rath außſchlieſſen. Darum haben auch die Churfürſten Scheu getragen/ in Reichs-Tag zu kommen.

(27.) (VI) Gravamen conſiſtit in turbando ArchiMareſchalli Officio his verbis: Es pflegen auch derer Churfürſten Unter-Aemtern/ als dem Ertz-Marſchall Amt Eintrag zu geſchehen / Officium ArchiMareſchalli Electori Saxoniæ in Aurea Bulla *cap.* II.§.14. *cap.* V. §.2, *& cap.* XXVII. §. I. eſt aſſignatum. Ad Ejus Jura & Officia, inter alia pertinet, ſi Imperator Urbem Coronationis aut alius negotii ergo intrare vult, & Elector Saxoniæ ut ArchiMareſchallus vel Legatus Ejus in Comitatu Imperatoris eſt, is primus ingreditur urbem, adeoque locum ſibi vindicat, qui aliàs Territorii Domino, aut Jus ſalvi Conductus habenti competit.

(28.) Quum verò Karolus V. Anno MDXX. Aquisgrani Coronationem ibidem accepturus, appropinquaret, Dux Juliacenſis poſt longam altercationem cum Principe Anhaltino Electoris Saxoniæ Friderici Coloniæ ægrotantis, Legato de præcedentia ſub prætextu quòd urbs ſui Territorii eſſet, cum exercitu ante cæteros, in eam prorumpebat. Legatus Saxonicus, ne quid juri ſuo detraheretur in arena meditabatur medelam, ſagaciter, Imperatorem atque Status ipſum comitantes ab ingreſſu ultra horæ quadrantem retrahendo, & ſic omnem Comitatum in civitatem ducebat. Ita recenſent res haſce geſtas Johann. Strauch. *Diſſertation. Juris Public.* III. *Theſ.* XI. *pag.* 80. *ſeq.* Dn. Henric. Gunther. Thulemar. *elegant. Tractat. de Octovirat. capit.* XVI. *num.* 16. *pag.* 199. *ſeq.* Edition. Francofurtenſ. MDCLXXXVIII. Uterque provocat ad relationem Hartmanni Mauritii ArchiEpiſcopi Colonienſis Conſiliarii & Cameræ Imperialis Aſſeſſoris de coronatione Karoli Vti, cui ipſe interfuit, quam exhibet Melchior Goldaſt. ab Haimensfeld *in Politic. Imperial. part.* III. *fol.* 267. *Edit. Francofurtenſ.* 1614.

(29.) Aſt aliter refert Maurus, quàm JCti laudati, ſcilicet, hanc viam eſſe pro ſedando tumultu electam, ut Dux Juliacenſis cum ſuis copiis è veſtigio, civitatem absque eo, quod hoſpitia ſubintrarent ante omnes pertranſiret, nulla mentione factâ, quod Saxonicus Legatus poſt horæ quadrantem omnem Comitatum in Urbem deduxerit. Et ſic ex compactato præceſſit Dux Juliacenſis. Juvat integrum Mauri adducere contextum. “ Dum hæc, ait, agebantur parùm erat ultra horam ſecundam per meridiē, ſic, quod niſi incepta altercatio atque concertatio inter Legatum Ducis Saxoniæ Principem de Anhalt, & Ducem Juliacenſ. uter eorum præequitaret, incidiſſet, potuiſſet ornatiſſimus ſplendidiſſimusq; exercitus Regius, ad quem viſendum die opus fuiſſet, ſumma luce, die ſereniſſima lucidiſſimaque, Civitatem ingredi, quod magnopere Regia Majeſtas cupere videbatur, eò quod pridie quàm ingrederetur, in arce quadam non ultra ſesquimiliare diſſita, pernoctaverat. Dux etenim Juliac. quia prope quadringentos equites inſtructiſſimos in campis habebat, non tam aurata atque diſcolori veſte, quam ferro atque ære fulgentes, non ſuſtinuit ſuos inter Germanos equites, nullis ſecundos, noviſſimo loco ordinari. Saxones verò ad antiquum morem, repertasque ſchedulas, quæ eis ſuffragabantur, provocantes obfirmate urgebant, aſſerentes, ſe quidem permiſſuros, ut Juliacenſes cum viginti quatuor modo equitibus, in fidei publicæ eo loci, ex jure Præfecturæ dandæ, ſive ſalvi Conductus, atque commeatus ſignum, præcederent, quemadmodum retroactis temporibus, omni ratione affirmabant factum, injurioſque eſſe Juliacenſes, ſi ultra hoc pergerent, Principi eorum ArchiMareſchallo Imperii, cui Statibus, in campis Imperii & expeditione exiſtētibus, competeret prærogativa præcedenti, ordinesque inſtruendi, contra irrefragabilem; vetuſtiſſimumq; morem petita denegare. Nec potuit hæc pertinax pluſculis verbis habita contentio, quæ rem interturbavit, diu ſedari. Multa igitur deſuper collocuti, hanc unam viam, ut materia tumultus ſubduceretur, tandem invenere, quod Dux Juliacenſis cum ſuis copiis, è veſtigio Civitatem absque eo, quod hoſpitia ſubintrarent, ante omnes pertranſiret. Itaque, poſt innumeros pene, qui variis armis, veſtitu atque moribus, partim armati, equis inſidebant, partim vero veſtibus holoſericis induti, mulis inhærebant, venit Marchio Joannes Brandenburgenſis ille, qui Reginam Uxorem duxit Arrogoniæ, in veſte aurea, cum aliquot equitibus leviter armatis. Circum currum currebant ſex expeditiſſimi pedites, ſerico diverſiculore induti. Poſt Marchionem venit Dn. Johannes Ausburger cum XXX. equitibus vexilliferis clipeatis geſtantibus oblongos pileos ſequebantur inde tria millia delectiſſimorum peditum, ornati Germanicis ſecuribus, haſtis atq; bombardis, qui pagatim diſtributi non longè ab Aquisgrano venientem ex Eburonibus Cæſarem aliquandiu exſpectavere habebant ſigna militaria, ſi memini ſeptem, magna pars probe thoracibus armata fuit. Hi in quadrato agmine conſiſtentes, primo in campo, dum exercitus clivum ad urbem ducentem deſcenderet. Deinde Civitatem ſeptem & ſeptem pertranſeuntes cum ad medium forum perventum fuiſſet, ſimul quaſi ſignô datô, adeo formidabilem ſonitum, terrificaque tonitrua ſuis bombardis fecere, ut etiam inhorreſcent, qui ſpectarent ex tuto & absque mora, ſine eo, quòd dilaberentur, aut usquam ſuſtinerent, Civitatem rectà egrediebantur. Intrarunt poſtea Senatores Civitatis & qui in Magiſtratiis Municipalibus conſtituti cum albis bacillis Comitiva quadraginta equorum. Hi ex uſurpato more, Regiam Majeſtatem, ubi ad fines eorum perveniſſet, ſumma cum obſervantia devotiſſimeque exceperunt. Equidem Johann. Chriſtophor. Wagenſeil *in egregia Comment. de Sacro Roman. Imper. ſumm. Official. & Eorund. ſubofficial. cap.* VIII. §. 3. *pag.* 50. *Edition. Altdorph. Noricor.* 1686. Eodem modo quo Strauchius & Thulemarius res haſce geſtas memorat, nixus Autoritate Æmilii Chreggeni *in Velitat. de ſeptem Sacri Romani* Imperii *Officialib. num.* 27. Quicquid hujus ſit, verum eſt, de quo Electores hîc conqueruntur, ArchiMareſchallum in Officio ſuo eſſe turbatum.

(30.) Inter Gravamina Electoribus & Statibus Imperii communia familiam ducit. (I.) Denegatio & Protractio Juſtitiæ his verbis: Es iſt eine gemeine Klage bey allen Ständen/ daß ſie in ihrem Obliegen/ bey Kayſerl. Majeſtät wenig Schutz gefunden/ ſondern daß man Sie zu Zeiten ſelbſt an einander wachſen läſt / haben auch gar keinen oder ſchweren Zutritt zu Kayſerl. Majeſtät/ als ihrem Haupt/ noch zu derſelben Räthen/ ſo die expeditiones

nes Teutſcher Nation haben. Müſſen offt lang darnach lauffen / ehe dann ſie Audientz erlangen/ und wann ſie nun dieſelbige erlangt / daß Sie hernach von Ihr. Majeſtät Räthen / ihrer vielen Geſchäffte halben/ offt nicht gnugſam gehöret/ auch zuweiln / auß Mangel der Sprach nicht gründlichen verſtanden / und alſo langſam/ darnach unvollkommlichen Beſcheid erlangen / und endlichen denſelben Beſcheid mit groſſer Mühe und Unkoſten der Brieſe/ auß der Cantzley außbringen / darneben ihre Gelegenheit daheime verſäumen. Quamvis enim in ordinatione Regiminis in Auguſtanâ de Anno MD. in principio conſtitutum eſſet, daß auff Handhabung der Rechte als einer Grundveſte alles Reichs und Gewalt ruhe / idque in receſſu Imperii Wormatienſi de Anno MDXXI. in principio repetitum ſit, & in Ordinatione Camerali Wormatienſi de Anno MDXXI. in principio dicatur: Daß auß Mangel gebürlichen Rechtens groſſe Empörung / und andere unziemliche Eingriffe und Händel erwachſen / nullam tamen harum Conſtitutionum rationem habebant Imperator, Ejusque Miniſtri, ideoque juſtam conquerendi cauſſam dabant Proteſtantibus.

(31.) (II.) Gravamen ex contemtu Statuum oriebatur in conſiliis & precibus cum indignatione rejectis: So hat man auch mit denen Ständen immerdar auſſerhalb des Reichs/ nicht auff ſolche Weiſe gehandelt / daß daraus ein recht beſtändig Vertrauen oder rechter unterthäniger Verſtand zwiſchen Ihrer Majeſtät/ und den Ständen erfolgen hätte mögen. Hat ſich offt auch zugetragen/ wenn die Stände in Sachen/ da Ihrer Majeſtät und dem Reiche daran gelegen/ ihre Wohlmeynungen Kayſerlicher Majeſtät haben eröffnet / oder zu Zeiten vor ſich oder andere unterthänige Bitte gethan/ daß man daſſelbe mit Ungnaden vermercket/ oder gar nicht hat hören wollen. Inſolentiam autem & contemtum Subditorum alienare ipſos ab amore & obedientiâ Imperantium, indeque ſeditiones, non rarò quoque Imperiorum Everſiones ex illâ proficiſci, in Scholis Politicorum exploratiſſimum eſt. Emergentibus id demonſtrarunt Michael Piccartus *ad Politic. Ariſtotel. Lib. V. cap.* III. *in princ. pag.* 673. *ſeq. & pag.* 84. *ſeq.* Gregor. Richter. *Axiomat. Politic.* XXIII. *Membr.* III. *pag.* 62. *ſeq.* Hinc juſta Proteſtantium in hoc Articulo exſtitit querela.

(32.) (III.) Gravamen ſtatuum commune conſiſtebat in protrahendis Comitiis & exulcerandis Rebus Imperii in iisdem: Es wird durchauß geklaget / daß die Reichs-Tage länger / dann ſonſt wohl nothdürfftig gehalten werden mit Unkoſten/ und auch auff deſſelben Reichs-Tagen gemeine Reichs Sachen weitläufftiger werden / und böſer.

(33.) Exemplum præbet Receſſus Imperii de Anno MDXXX. ubi Statibus Imperii Articuli Fidei præſcripti, utque Eos obſervent ſeriò præceptum, quæ præceptio inter alias, cauſſam dedit, Fœderi Smalcaldico idque inſequuto Bello.

(34.)(IV.) Gravamen pendet ex pœnis mulctis Principibus aliis quam Imperatori in Bello inſervientibus inflictis: Es wird auch viel viel beſchwerlicher angezogen/ daß man der Fürſten und Stände Lehen-Leute / ſo ſich dem Schmalkaldiſchen Bunde im nächſten Kriege anhängig gemacht / ihre Unterthanen / welche auß Lehen-Pflicht Gehorſam zu leiſten / ſchuldig geweſen/ um eine ſtattliche Summa Geldes hat geſtrafft / welches vorhin im Reiche nicht erfahren / und bringt alſo einen neuen Schaden/ oder ſchädliches Einführen.

(35.) (V.) Conſiſtit in exactione pecuniæ à Statibus Imperii Fœderi Smalcaldico nunquam implicatis, dabeneben beklagt man ſich / daß man vielen Ständen / ſo in den Schmalkaldiſchen Bündnüſſen nie geweſen / ſondern im Kayſerlichem Gehorſam blieben / auch ihrentwegen Schaden gelitten / nichts deſtoweniger / von etlichen / als vor eine Hülffe/ von etlichen/ als vor eine Gratulation mercklichen ſumen Geldes gefordert / und wann ſie nit alsbald bewilligt/ als dañ die ſuma erhöhet/ auch etlichen Geſandten darum / daß ſie nicht haben bald bewilliget/ und ja ſagen wollen / ſub pœna Capitis mandiret/ von Kayſerl. Majeſtät Hoff / ohne Erlaubnüs nicht zu reyſen. Avaritiam & Lucrum Imperantium, nimiamque tributorum exactionem, odium, & defectionem, ſubditorum parere eruditè oſtendit ſimulque modos molliendorum tributorum neceſſariorum adducit, πολιτικώτατος Chriſtophor. Forſtner. *in not. ad Lib.* IV. *Tacit. ad verba pacem exuere, noſtrâ magis avaritiâ quàm obſequii impatientes pag.* 392 *uſq. ad pag.* 407. Jung. Wolffgang Heider *in Syſtemat. Philoſoph. Politic. cap.* VII. *de Cauſſ. & Remed. Mutation. in Republic. pag.* 1065.

(36.) (VI.) Conqueruntur Electores ac Status Imperii de copiis exteris, præſertim Hiſpanis contra Pacta publica in Germaniam adductis: Ihre Kayſerl. Majeſtät iſt obligiret / ohne Vorwiſſen der Churfürſten / kein frembd Kriegsvolck in Teutſchland zu führen / deme vielmahl zuwider geſchehen/ auch darüber daſſelbe Kriegs-Volck im Friede gehalten / dardurch das Reich beſchweret / auch von demſelben unglaublicher Muthwillen getrieben/ daß ſich auch etliche gerühmet / daß ſie nun das Teutſche Land unter das Joch gebracht und eigen gemacht / auch mehr denn 3000. Spanier allenthalben eingeleget worden / wie dann dieſelbigen auch davon geredet: Man wäre Willens / in die vornehmſte Städte Befeſtigung und Schlöſſer zu bauen. Obligationem Imperatoris exhibet ejus Capitulatio Artic. XI. Wir ſollen und wollen Uns darzu / in Zeit bemeldter unſer Regierung / friedlich und nachbarlich / gegen den anſtoſſenden und Chriſtlichen Gewalten halten/ kein Gezänck/ Fehde noch Krieg / inn- oder auſſerhalb des Reichs von deſſelben wegen anfahen oder unternehmen / noch einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen / ohne Vorwiſſen / Rath und Bewilligung der Reichs-Stände / zum wenigſten der ſechs Chur-Fürſten: Wo Wir aber von des Reichs wegen oder das Heilige Reich angegriffen und bekrieget würden / alsdann mögen Wir Uns dagegen aller Hülffe gebrauchen.

(37.) (VII.) Demolitio Fortalitiorum in Germaniâ facta: So wird auch beſchwerlich angezogen / daß am nächſten viel Feſtungen geſchleifft/ und treffliche Artillerie weggeführet / und dieſelben der Teutſchen Nation gleich zum Schimpff / in viel frembde Nationen außgetheilet / ſo doch alles obgemeldtes billich zu Beſchützung des Reichs / und wider derſelben Feinde billich in Teutſchland hätte bleiben ſollen. Darneben wird auch geredt / als ſolten etliche auß ſonderlicher Ehrgeitzigkeit / um ihr eigen Geld/ Geſchütz gieſſen / und gleichwohl Teutſcher Fürſten Wapen darauff machen laſſen / damit zu gloriiren.

(38.) VIII. Gravamen continet Libros fa-

moſos

moſos contra Nationem Germanicam a Miniſtris Cæſareis ſub privilegio Imperatoris, compoſitos. Darüber iſt am Tage/daß etliche Kayſerl. Majeſtät geheimſte Diener/ von der Teutſchen Nation, und derſelben Gliedern / durch gedruckte Bücher / und Ihr. Majeſtät beſondere Privilegia, ſo ſchimpfflich und verkleinerlich geſchrieben/ als wären dieſelben ſchon eigene Leute. Welches alles den Ständen Teutſcher Nation, billich zu Hertzen gehet / und Urſach gegeben wird / über ihre Freyheit/ Wohlfarth und Ehre/ſorgfältig zu ſeyn.

(39.) (IX.) De Practicâ obtinendi vota majora in cauſſis provincias Cæſaris Hæreditarias attinentibus. Es werden auch noch viele mehrere andere Beſchwerungen angezogen/als nemlichen/daß in der Fürſten und gemeiner Stände Räthen / in Sachen die Erblande belangende/allerley Practicken ſollen gemacht werden / um die meiſten Stimmen zu erlangen / und dardurch was man begehrt/ zu erhalten auch daß von den Erblanden und Temporal - Städten der angezogenen Bißthümen/ leichte und unterſchiedliche Perſonen untergeſetzet werden/ die Stimmen deſtomehr nach Gelegenheit zu machen.

(40.) (X.) De repudiatâ obſervantiâ Receſſus Imperii Spirenſis, Anno MDXLIV. Man hat auch nicht ohne Beſchwerung und Kümmernüs vermercket/daß man den Speyeriſchen Abſchied des XLIVſten Jahres hat wollen ablehnen / und zu halten nicht ſchuldig ſeyn / weil man zu derſelbigen Zeit hätte temporaliſirt / und ſich nach der Zeit richten müſſen. Jetzt hätte es eine andere Gelegenheit/ wie ſich dann eben der vornehmſte Kayſerliche Rath hat hören laſſen.

(41.) Obligat ſe in Receſſu illo Spirenſi Imperator (1) Se, unà cum Fratre Ferdinando Romanorum Rege, Pacem Publicam ſanctè & inviolabiliter cuſtodire velle, nec permiſſurum, ut quisquam in causſis Fidei ac Religionis ab altero, quoad Perſonas, Res aut Bona violenter aggrediatur. (2.) Ut nemo alterius Subditos in protectionem recipiat, Eccleſiaſtici autem reditus, in quorum poſſesſione hactenus fuerunt, retineant. (3) Ut Reditus Eccleſiaſtici ex alienis Territoriis Proteſtantibus ſine difficultate porrigantur, Monaſteria Ipſorum non diruantur nec lædantur. (4) Suſpenditur in eodem Receſſu Jurisdictio contra Proteſtantes in causſis Religionem attinentibus.

(42.) Poſt reportatam autem in Bello Smalcaldico Cæſaris victoriam, pœnituit Pontificios, ſe tantum Auguſtanæ Confesſionis Conſortibus indulſiſſe, quod indicant verba Miniſtri Cæſarei, man hätte zu derſelben Zeit temporaliſiren müſſen / um ſich nach der Zeit zu richten / ubi ſuppetiis Statuum contra hoſtes Imperator indigebat, & exquirebat, jetzt hätte es eine andere Gelegenheit / quum Imperator, Germaniâ cunctâ, inter Danubium, Albim & Rhenum ſubactâ, triumphum de Eâ ducere poſſet, uti loquitur Paulus Jovius *Libr. Hiſtor. XLV. circa finem pag.* 618. *Edit. Venet.* MDLIII.

(43.) Et ſane Karolo Vto nihil magis in votis fuiſſe, quam deſtruere Receſſum Spirenſem de Anno MDXLIV. docet apertè ſatis Inſtructio Miniſtrorum Suorum ad Comitia Auguſtana de Anno MDLV. Ibi: Zum vierzehenden/ daß der Augſpurgiſche Abſchied / nemlichen im verſchienenen dreyſſigſten Jahr auffgerichtet / und andere Abſchiede / ſo viel die Religion belangt / gegen den Ständen der Augſpurgiſchen Confesſion, ſuſpendirt ſeyn und bleiben ſollen. Wiewohl hoch zu wünſchen / daß berührter Augſpurgiſcher Abſchied / als eine rechte Richtſchnur und Regel der Catholiſchen Religion / bey ſeinen Würden und Kräfften möchte bleiben und erhalten werden / dieweil aber dieſe widerwärtige und unruhige Zeit vorhanden/und es vielleicht vieler Sünden Schuld iſt / dadurch / der Allmächtige zu Zorn bewegt/daß Wir ſobald zu keiner vollkommlichen Vergleichung und Vereinigung in der Religion mögen kommen / ſo beſorgen Wir / daß berührter Abſcheid / dieſer Zeit viel weniger/dann verſchienener Jahr / könne oder möge mit gebührlicher Vollziehung und Handhabung exequirt werden. Damit aber / ſo je in dem Articul der zwieſpaltigen tolerantz einzuführen / und man alſo Geduldt tragen muß/ biß der Allmächtige Gnade verleyhen wird / daß dieſe Trennung in der Religion zu Einigung bracht / und aller Streit derhalben hingelegt werden möchte / dennoch bey den Außwendigen nicht dafür geachtet/ als ob Wir etwas/ daß von der heiligen Kirche bißher löblich gehalten worden iſt / änderten / oder in Sachen die Religion betreffend in vorigen unſere Abſchiede aufheben/und widerwärtige Ordnung derhalben fürnehmen/ und alſo darinn unſers Gefallens handelten / welches Unſer Reputation zu nicht geringer Verkleinerung möchte gelangen. So ſollen Unſere Räthe und Commiſſarien ſonder fleiſſiges Auffſehen haben/daß die Worte ſo ſolche ſuſpenſion mitbringen/ umgangen / und wo es anders nicht ſeyn kan/ der Articul auff die Maas / wie im Paſſauiſchen Vertrag beſchehen iſt/geſetzet werde / damit auch unſers Verſehens der Augſpurgiſchen Confeſſion gnug beſchehen ſoll/in Bedenckung daß ehegemeldte tolerantz/ eben die Würckung einer Suſpenſion, ob gleich daſſelbe mit ſonderlichen verhafften Worten/nicht außdrücklich geſetzt haben/und ſie alſo dardurch dennoch ihr Intent erhalten würden. Vid. Pacis Compoſitionem Dilingenſ. *in Appendice quorundam Tractatuum Lit. B. ſub Rubro:* Sententia Karoli Vti Cæſaris de Articul. Comitior. Anni MDXLV. ſumta ex Inſtructione ejusdem Imperatoris, quam dedit Commiſſariis ad Comitia Auguſtana Anno cIɔDLV. deſtinatis, *pag.* 19. *Edition. Diligenſ. MDCXXIX.*

(44.) (XI.) De Excluſione Proteſtantium ab aſſeſſura in Camera Imperiali & conſtitutione Commiſſariorum in Principum Territoriis, ſine præſcitu ipſorum. Demnach ſind viel Beſchwerungen des Cammer-Gerichts halben / da allerley Leute der alten Religion halben ſeyn müſſen/ welches auß dem Eide/ ſo ſie ſchweren/ erfolget / auch daß man auß dem Cammer-Gerichte in andere Fürſtenthümer Commiſſarien ſetzet / ohne Vorwiſſen derer Fürſten. Sublata eſt hæc querela quoad Excluſionem Proteſtantium ab Aſſeſſura in judicio Camerali, in Ordinatione Camerali de Anno MDLV. *Part.* I. *Tit.* III. §. Und inſonderheit 3. Ubi conſtitutum eſt, Judicium Aſſeſſoribus tam antiquæ Religionis quam Auguſtanæ Confeſſionis Conſortibus veſtiri debere. Tenor Ordinationis hic eſt: Und inſonderheit ordnen und wollen Wir/ daß Cammer-Richter und Beyſitzere ſämtlich und ſonderlich / ſo hinführo durch die Kayſerliche Majeſtät / oder Ihrer Liebden/ und Kayſerlichen Majeſtät Abweſens/ wie oben laut / Uns die Churfürſten und Crayſe jederzeit præſentiret und geordnet werden mögen/ uñ derowegen nicht außzuſchlieſſen ſeyn. Und ſollen

dieſe dergleichen andere Perſonen / des Cammer-Gerichts ſich der alten Religion / oder berührter Augſpurgiſchen Confeſſion gemäß halten / und ſich keiner ſondern Secte anhängig machen. Dann wo ſie in dem Ungehorſam erfunden würden / es wäre wer es wolle / ſoll der Cammer-Richter Befehl und Macht haben den / oder dieſelben von ſeinem oder ihrem Amt mit Unwiſſen der andern Beyſitzern zu urlauben und abzuſetzen / dem auch gedachter Cammer-Richter / der Kayſerlichen Majeſtät Ungnade zu vermeyden / alſo ſtrenglich nachkommen ſoll. Und ſollen auch beyderſeits Religion Aſſeſſores und Cammer-Gerichts-Perſonen / keiner den andern deßwegen verachten / verſchmähen / oder einiges Unwillens ſich gegen einander anmaſſen / ſondern vielmehr freundliches und guten Willens befleiſſigen / und in alle Wege verweiſen / auff daß ſie friedlich und ruhiglich bey einander ſeyn und bleiben mögen.

Artic. Transactionis I.

De Exauctorando Exercitu Electoris Saxoniæ, Ejusque Fœderatorum, Cæſareo autem contra Status Imperii Paciſcentes minimè uſurpando.

TENOR TRANSACTIONIS.

ERſtlich ſoll der Churfürſt zu Sachſen / und Sr. Liebde Mitverwandte Kriegs-Fürſten und Stände / ſo dieſen Vortrag annehmen / von allem ihrem thätlichen Fürnehmen / und gegenwertigen Kriegs-übungen gäntzlich abſtehen / und ihr beſamlet Kriegs-Volck auff den 11. oder 12. Auguſti ſchierſt allenthalben urlauben / zertrennen und verlauffen / oder uns / König Ferdinanden / auff Unſer begehren und Beſoldung erfolgen laſſen / auch nach aller Müglichkeit und daß darinn keine Gefährlichkeit geſpüret werde / darob ſeyn und verfügen / daß ihr Kriegs-Volck ohne fernere Beſchädigung der Kayſerlichen Majeſtät und Unſerer auch Churfürſten / Fürſten / Ständen und Städten des Heiligen Reichs ihren Abzug nehmen / und getrennet werden / und alſo ſich der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät und des Heiligen Reichs gehorſame vorhalten / und darinn bleiben / auch die Stände / Städte und andere / die ſie biß anhero überzogen und belagert / oder ſonſt ihnen beypflichtig gemacht / derſelben ihrer Pflicht / Anhangs und Bündniß / durch ein offen Patent / allhier begriffener Copey gleich lautend / ledig zehlen / wie ſie dann auch auff ſolch Patent / und in Krafft dieſes Vertrags / derſelben ledig ſeyn ſoll. Verſio Latina ita ſe habet: “ Primùm Elector Saxonicus, ſuique Belli conſortes Principes ac Status, hanc compoſi„tionem amplectentes, à cœptis ſumtisque armis „prorſus deſiſtant: ſuosque paratos & conſcriptos „milites ad undecimum duodecimumve diem Au„guſti, Menſis proximum, undiquaque dimittant, „diſſipent atque diſcurrere, vel nobis Regi Ferdi„nando ad petitionem ſtipemque Noſtram adjungi „vel admoveri ſinant, dentque omnibus modis o„peram, in quantum fieri poteſt, nequid injuriæ da„mnive dolo malo Cæſareæ Majeſtati, Nobis aut „cæteris Sacri Imperii Electoribus, Principibus, „Statibus, & Civitatibus illorum diſcurſu, fuſione„que inferatur, quin ita potius diſperſi Cæſareæ „Majeſtati Sacroque Imperio obſequentes ſe gerant „permaneantque, remiſſis illorum Statuum, Civi„tatum, aliorumque juramentis, quos hactenus op„pugnarunt & obſiderunt, aut ſibi aliqua adhæſio„ne & Confœderatione ſubdiderunt, idque vigore „tranſcripti jam hoc in loco patentium Litterarum „exemplaris, remiſſionem illam conteſtantium, „quemadmodum & Earundem & hujus Edicti vir„tute à ſuis juramentis protinus liberantur & abſolvuntur.

Artic. Transact. II.

De Relaxatione Landgravii Philippi, hâc tamen lege, ut Articulos Capitulationis, Halæ Saxonum conditas, quotquot Eorum nondum impleti, renovet, ſanctè cuſtodiat, atq; per omnem vitam reliquam Imperatori & Imperio ſit fidelis, Deque renovandis Obligationibus Electorum Saxonis & Brandenburgici ac Ducis Palatini pro Fide & Sinceritate Landgravii præſtitis.

TENOR TRANSACTIONIS.

ES ſoll auch Landgraff Philips zu Heſſen / mitlerweile / die zu Halle in Sachſen auffgerichte Capitulation, auſſerhalb derjenigen Articel / ſo hiervor ſchon verricht und vollzogen / auch auſſerhalb des Puncten / Caſſel behangende / von neuem ratificiren, und unverbrüchlich halten / auch ſeine erfolgte Verhafftung und Auffhaltung / nicht an dem eiffern oder rächen / ſondern gegen der Kayſerl. Majeſtät Uns und dem Heiligen Reich als ein gehorſamer Fürſt / ſich die Tage ſeines Lebens erzeigen / und ſich des alles gegen der Kayſerl. Majeſtät / in gebührender und allhier begriffener Form genugſam obligiren, und verſchreiben / ſolches auch bey ſeinen Söhnen und Landſchafften gleichfalls zu halten / und ſich von neuem zu verſchreiben / endlich verfügen und verſchaffen. Deßgleichen beyde Churfürſten / Sachſen und Brandenburg / auch Hertzog Wolffgang Pfaltzgraff / ꝛc. ihre vorgegebene Obligationes, gleicher Weiſe auch wieder erneuern / und obbeſtimte Verſchreibungen auff den 6. Auguſti ſchierſt / der Durchleuchtigen Fürſtin / Frau Maria / zu Hungern und Böheim Königin / Wittib / Unſer freundlichen lieben Schweſter / oder derſelben Præſidenten zu Mecheln überantwortet werden. Dargegen ſoll gedachter Landgraff ſeiner Cuſtodien gäntzlich entledigt / und auff ob angeſetzten 11. oder 12. Tag Auguſti / gegen Rheinfels ohne Entgelt / auff freyen Fuß in ſeine ſichere Gewahrſam geſtellet werden / darneben ſoll auch Kayſerliche Majeſtät / ihr Kriegs-Volck / was des wider die Stände an mancherley Orten verſammlet / wider jetztgemeldte Stände / ſo dieſen Vortrag annehmen / in keinen Weg gebrauchen / noch auff denſelben liegen laſſen. Verſio Latina: “Interea quo„que temporis Philippus Haſſorum Landgravius „ſancitam Halæ in Saxoniæ Capitulationem, (exce„ptis jam antea reſolutis Articulis, puncto de Caſſella loquente) ratam de novo habere, ac irrefraga„biliter obſervare debet, adeoque detentionem ſuam & cuſtodiam haudquaquam vindicare quinimò „Cæſareæ Majeſtati, ſacroque Imperio ſeſe Princi„pem per dies vitæ ſuæ obſequentem exhibere, & ad

omnia

„omnia iſta Cæſareæ Majeſtati Formula decenti „hoc loci præſcripta ſufficienter adſtringere, effi- „cereque tandem, ut idem à Filiis, Ditioneque ſua „nova Litterarum Obligatione præſtita ſerveturac „teneatur. Simili modo uterque Electorum Sa- „xonicus & Brandenburgenſis, Dux item Wolff- „gangus Palatinus, &c. Obligationes quisque ſu- „as jam pridem factas modo renovent, easque ſcri- „ptas Cautiones ad ſextum Auguſti diem Illuſtriſſi- „mæ Principi, Dominæ Mariæ Hungariæ & Bohe- „miæ Reginæ, Viduæ, dilectæ Sorori Noſtræ, ejus- „ve Præſidenti apud Mechliniam tradantur. Econ- „trà memoratus Landgravius cuſtodiâ ſua penitus „liberetur, & ad dictum Auguſti diem undecimum „vel duodecimum Rheinfelſium tutò certeque, extra „periculum, ſiſtetur liber. Jam & ipſa copias ſuas „Cæſarea Majeſtas, diverſis in locis in hos ſtatus „conſcriptas, hanc compoſitionem acceptantes „haudquaquam producat, aut etiam fundendi ſeu „dimittendi morâ moleve ulla gravetur.

BREVIARIUM.

(1) Cuſtodiam Landgravii Philippi in Civitate Halenſi, & Abductionem inde ad Werdam, prope Danubium, contra fidem Cæſaris datam, proponit Autor remiſſivè ad Obſervata ſua in Procemio hujus Transactionis. (2) Capitulationis inter Cæſarem & Landgravium Halæ in Saxonia conditæ Articuli VII. enumerantur, & Articulus ſeptimus prolixè enodatur. (3) Quibus cauſſis Henrico Brunovicenſium Duci Bellum intulerit, Eumque captivum duxerit Landgravius Philippus. (4) Criminationis & contumelii genus Ducis hujus in Langravium, ſcribam Illius cum Litteris ad Electorem Moguntinum, & Vice-Cancellarium Cæſareum intercipientem, & Epiſtolas reſignantem, ſimulac in Saxoniæ Electorem, factum Landgravii approbantem. (5) Taxantur Scripta Ducis aut acerbiſſima (6) Incendiorum per omnem Germaniam frequentium, & aſſaſſinii contra Landgravium incuſatur Dux Henricus, & denuntiatione publica Statuum Proteſtantium Fœderatorum in Comitiis. (7) Indicitur Duci Henrico, utpote Fœderis Smalcaldici Socios perſequenti, & Pacem Publicam turbanti, ab Electore Saxoniæ ac Landgravio Bellum publicum. (8) Dux ſibi & Filio natu maximo Karolo Victori fugâ conſulit. (9) Rex Romanoum Ferdinandus in Diæta Norimbergenſi cum Statibus quibusdam Imperii congregatus, Electorem & Landgravium de inſtituto Martiali dehortatur. (10) Illorum ex caſtris Guelpherbitanis reſponſio. (11) Recenſio occupationis Ducatus Guelpherbytani, quoad cuncta formalia & progreſſus cum Duce usque ad eventum. (12) Ulterior Enarratio Capitulationis Landgravii ab Articulo VIII. usque ad XVI. de dimittendo captivo Duce Henrico Brunovicenſi Ejusque Filio. (13) Tenor Articuli XVI. (14) Ipſa Liberatio Ducis & Filii. (15) Transactio Landgravii cum Duce de damno illato. (16) Continuatio Capitulationis Articulorum à XVII. usque ad XXIV. in quo deſinit illa, cujus parem Orbis Chriſtianus, quoad modum procedendi, nec vidit, nec fortaſſis videbit, vi & metu extorta, & tamen, pro re redimenda Pace Publica in Transactione Paſſavienſi approbatâ. (17) Sic ſæpius in negotiis publicis ad Principia Juſti extraordinaria deflectendum, ubi in tramite recto ſubſiſtere non liceat.

OBSERVATA.

(1.)

Quomodo contra fidem Cæſaris datam, nullâ Electoris Brandenburgici, ac Ducis Saxoniæ demonſtrationis & interceſſionis, habitâ ratione, Halæ Saxonum cuſtodiæ Hiſpanorum traditus, indeque Werdam prope Danubium abductus ſit Landgravius Philippus *in Obſervatis ad Procemium §. 1. num.* 78. 79. *&* 80. expoſui.

(2.) Summam Capitulationis Halenſis refert Johannes Sleidanus *Libr.* XIX. *de Statu Eccleſiaſtic. ad annum* MDXLVII. *pag.* 537. & ex Eo, iisdem verbis, Jacob. Auguſt. Thuan. *Libr. Hiſtor. IV. fol.* 120. *Lit. A. B. C.* Articulus Capitulationis Primus vult, ut Landgravius ſe ſuasque Ditiones cunctas Gratiæ Cæſareæ purè ſubmittat, & præſens deprecetur culpam. Vernacula apud Hortleder. *Libr.* III. *cap.* LXXV. *Tom.* II. *fol.* 579. ita ſonat: **Erſtlich ſoll der Landgraff Sich und ſein Land der Kayſerli en Majeſtät in Gnad und Ungnad ergeben/ auch in eigener Perſon Sich zu ihrer Majeſtät/ um Verzeihung zu bitten/ verfügen.** Præſtitit hoc Landgravius Die XIX. Julii, MDXLVII. prout *in Obſervat. ad Procemii* §. 1. *num.* 77. oſtendi. (11) Ut erga Cæſaream Majeſtatem ſe gerat, prout ſubjectiſſimum, & obſequioſum, & gratiſſimum Principem decet, ita ut inpoſterum Cæſari ſit acceptus. **Es ſoll auch hinführo gedachter Landgraff ſich gegen Ihrer Majeſtät/ als ein unterthäniger/ gehorſamer Fürſt und Diener/ auch der gnädigſten Verzeihung halber/ ſo Ihre Majeſtät Ihm thun wird/ dermaſſen danckbar erzeigen/ daß Ihre Majeſtät künfftiger Zeit deſſen mögen ein gnädiges Begnügen haben.** (111) Imperatorem ut unicum Dominum ſupremum veneretur, & quæ ſua Majeſtas pro ſtabilienda Pace & Tranquillitate Nationis Germanicæ ſanciat, libenter exſequatur. **Ferner ſoll er Ihrer Majeſtät vor ſeinen Oberſten/ einigen Herrn und Allergnädigſten Kayſer halten und erkennen/ auch in unterthänigſtem Gehorſam alles das thun/ was einem gehorſamen Fürſten/ Vaſallen und Unterthanen gegen Ihr. Majeſtät zu thun gebühret/ ſich jederzeit an Ihre Majeſtät halten/ auch alles was Ihre Majeſtät zu gutem Friede Ruhe und Einigkeit/ in Teutſcher Nation verordnen wird/ willig und gäntzlich vollſtrecken.** (IV) Judicio Cameræ, pro adminiſtratione Juſtitiæ ab Impereratore conſtituendo obtemperet, & pro ſuſtentando Ipſo pro virili ſuccurrat. **Auch ſoll er der Juſtitien des Cammer-Gerichts/ ſo Ihre Majeſtät im Heil. Reich auffrichten wird/ Gehorſam leiſten/ ſeine Gebühr zu Unterhaltung deſſelben erlegen.** (V) Suppetias contra Turcam, unà cum cæteris Imperii ſtatibus fideliter ferat, & Imperatoris

ris inſtitutum, quantum in viribus eſt promoveat: Er ſoll mit guter Treue ſamt andern Ständen des Reichs/ Hülffe wider den Türcken thun / auch Ihrer Majeſtät gutes Vornehmen / zu der Zeit / nach allem ſeinem Vermögen befordern. (VI) Omnibus Fœderibus in & extra Germaniam inprimis Smalcaldico renunciet, & quibuscum illa contraxerit, quasque cum Imperatoris & Romanorum Regis ſubditis conſpirationes habuerit, indicet, cunctaque ad hoc genus pertinentia Documenta Cæſari tradat. Zu dem ſoll Er ſich auch / aller Einigung und Bündniß/ ſo Er/ es ſey mit wem es wolle/ inn- oder auſſerhalb Teutſcher Nation / haben möchte / und inſonderheit der Schmalkaltiſchen gäntzlich verzeihen; Auch ſchuldig ſeyn/ ihrer Majeſtät alle Brieffe/ ſo darzu dienſtlich ſeyn möchten/ zu lieffern / auch was daſſelbe Verbündnüß / mit Wem/ und was Er mit Ihrer Majeſtät und des Römiſchen Reichs Unterthanen vor Verſtändniß gehabt / unterſchiedlich zu erklären / und derſelben Brieffe zu überlieffern. (VII) Nullum Fœdus, ſub ulla conditione, pangat, in quo Sacra Cæſarea Majeſtas & Rex Romanorum diſertis verbis non comprehendantur. Er ſoll auch forthin einig Bündniß/ Einigung oder Verſtändniß/ es ſey unter was Condition es immer wolle/ nicht machen / noch eingehen/ dariñen Ihre Käyſerliche Majeſtät auch die Römiſche Königliche Majeſtät ſamt andern/ ſo ihrer Majeſtät gehorſam ſeyn werden/ nicht außdrücklich völlig und gäntzlich begriffen / und vorbehalten ſeye. (VIII) Duci Brunovicenſi Henrico Provinciam ſuam Guelpherbytanam reddat, ac Jusjurandum ab incolis Ejus Ditionis præſtitum relaxet, deque damno Duci illato cum eo tranſigat. Hertzog Heinrichen von Braunſchweig und ſeinen Sohn/ ſoll er ledig laſſen / und ohne Verzug vor Ihre Majeſtät bringen. Deßgleichen alle die ledig laſſen/ ſo auff gedachtes Hertzogen Seiten geweſen und er gefangen haben möchte / auch Ihme Hertzogen/ ſein Land frey wiederum einantworten/ mit Erlaſſung aller Pflichten/ ſo die Unterthanen deſſelben gethan haben möchten. Der Schade und Intereſſe des berührten Hertzogen halben / ſoll er ſchuldig ſeyn/ ſich mit Ihme zu vertragen.

(3.) Pro intellectu hujus Articuli ex Hiſtoriâ repetendum, quibus ex cauſſis Duci Brunovicenſi Henrico à Landgravio Haſſiæ Philippo, & Fœderis Smalcaldici Sociis aliis Bellum illatum, quomodo ſe, unà cum Filio Primogenito Carolo, Landgravio Victori permiſerit, & in cuſtodia per aliquot annos detentus ſit. Inter Eos, qui ad turbandum otium publicum propendebant, & ut ſine morâ arma contra Proteſtantes caperentur, familiam ducebat Henricus Brunovicenſium Dux. Equidem Landgravius Litteras ad Archi-Epiſcopum Moguntinum & Doctorem Matthiam Heldum, Cæſaris Conſiliarium, inque Germania Vice-Cancellarium per Scribam Brunovicenſem Stephanum Fabrum perferendas reſignabat, eò quod Scriba cum his miſſus, ſub juramento quæſitus cujas eſſet, mentitus erat Dominum, adeoque ſe in negotio illicito verſari oſtenderet, prout latè refert Ipſe Landgravius ad Electorem Saxoniæ Johannem Fridericum in Litteris, Kal. Januarii MDXXXVIII. perſcriptis, apud Fridericum Hortlederum Lib. IV. *de cauſſ. Bell. Germanic. cap. II. Tom. I. fol.* 900. *ſeqq.* Jung. Johann. Sleidanum *ad eundem Annum MDXXXVIII. pag.* 314. Utrum juſtè reſignaverit Litteras Landgravius, eruditè diſquirit, & pro Landgravio pronunciat, Johann. Strauch. *Diſſertation. Jur. Public. XII Theſ. V. & VI. pag.* 337. *usq. ad pag.* 342.

(4.) Dux Itaque Brunovicenſis nullum prætermiſit criminationis aut contumeliæ genus in Landgravium & Saxoniæ Electorem, factum Landgravii approbantem; Scripta hæc invectiva, cum Electoris & Landgravii reſponſionibus, dictus Hortlederus conjecit *in Librum IVtum de Cauſſis Belli Germanici Tom. II. capitibus præſertim* II. III. VI. VII. IX. XI. XVI. XIX. XXII. XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV.

(5.) Equidem David Chytræus *in Saxonia ad annum MDXXXIX. fol.* 387. de Scriptis hisce judicat, fuiſſe utrinque acerbiſſima, aſt Ducem Brunovicenſem habuiſſe Cancellarium, Johannem Staplerum Heidelbergenſem, qui convitiandi arte ac loquentiâ, adverſæ partis Scriptoribus ſuperior fuerit, & Magiſterium obtinuerit.

(6.) Sed & incendiorum per omnem Germaniam, in Saxoniæ præſertim id temporis frequentium, ut & aſſaſſinii contra Landgravium ſuſpectus erat Dux Henricus, uti apparet ex denunciatione Statuum Proteſtantium Fœderatorum, in Comitiis Imperii MDXLI. apud Fridericum Hortlederum *Lib. IV. de Cauſſ. Bell. Germanic. cap. XXVI. Tom. I. fol.* 1592. *usq. ad fol.* 1601. Et quamvis Dux ſe ſuosque officiales in ſcriptis purgare præſumeret, v. Eundem Hortleder. *dict. Libr. cap. XXVII. fol.* 1601. *usq. ad fol.* 1607. Proteſtantes tamen Fœderati denunciationi omnino inſiſtebant *Eodem Libro IV. cap. XXVIII. fol.* 1607. *usq. ad fol.* 1612. Jung. Johann. Sleidan. *Libr. XIII. ad Ann. MDXLI pag.* 349.

(7.) Tandem, quum toto ferme triennio, ſcriptis certatum eſſet, in Bellum apertum ſcriptorum prælia deſierunt; Etenim Anno MDXLII. D. XIII. Jul. Johannes Fridericus, Elector Saxoniæ, & Philippus Haſſiæ Landgravius, ob turbatam apud Goslarienſes & Brunovicenſes Fœderis Smalcaldici Socios, Pacem Publicam, publicum Duci indicunt Bellum. Dav. Chytræus *in Saxoniâ ad An. MDXLII. fol.* 397. Formale Denunciationis exhibet Frideric. Hortleder. *Laudat. Libr. IV. cap. XXXVI. Tom. I. fol.* 1666. *ſeq.* & cauſſas denunciati Belli juſtificas Imperii Statibus D. XVII. ejusdem Menſis Julii ſcripto publico oſtendunt, vid. Hortleder. *laudato ſæpius Lib. IV. cap. XXXVIII. XXXIX. Tom. II. fol.* 1671. *usq. ad fol.* 1688.

(8.) Dux autem, adventante hoſte, fugâ ſibi conſulebat, & cum Filio natu maximo Karolo Victore ad Wilhelmum Bavariæ Ducem tendebat.

(9.) Quumque Ferdinandus Rex Romanorum, Norimbergæ in Conventu, de Bello Brunovicenſi certior factus, Electorem & Landgravium per Internuncios ab Inſtituto dehortaretur, ipſi reſponderunt, Se arma contra neminem niſi Hoſtem Fœderatorum Suorum, Pacem Imperii turbantem ſuſcepiſſe aut ſuſcipere velle, & hoc jure.

(10.) Repræſentationem Regi Romanorum & Statuum Imperii Delegatis, in Diætâ Norimbergenſi, ex Caſtris Guelpherbytanis, D. XI. & XXIV. Auguſti CIↃ DXLII. ab Electore Saxonico & Landgravio factam, occupationem videlicet hujus Ducatus in nullum ipſius detrimentum tendere, exhibet Hortlederus *Loco ſæpius memorato Cap.* XLIII. *fol.* 1699.

(11.) Oppugnatio autem Ditionis Guelpherbytanæ cœpit D. XX. Jul. MDXLII. ubi Cœnobium Rid-

(5.) In Pace Religionis Artic. I. latiùs hoc extenſum, ita ut non ſolum omnis vis, violentia & coactio in cauſſis Religionem attinentibus ſublata ſit, ſed & mutatio in Ceremoniis & Ordinationibus, quas Status Proteſtantes in Eccleſiis ſuis condiderunt, & impoſterum condituri ſint, prohibita. Tenor Pacificationis hic eſt: Setzen demnach/ ordnen/ wollen und gebieten/ daß hinführo niemand/ wes Würden/ Standes oder Weſens der ſey/ um keinerley Urſachen willen/ wie die Nahmen haben möchten/ auch in was geſuchtem Schein das geſchehe/ den andern bevehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ überziehen/ belägern/ auch darzu für ſich ſelbſt/ oder jemand anders von ſeinetwegen nicht dienen/ noch einig Schloß/ Städte/ Marck/ Befeſtigung/ Dörffer/ Höfe und Weiler abſteigen/ ohn des andern willen/ mit gewaltiger That freventlich einnehmen/ oder gefährlich mit brand/ oder in andere Wege beſchädigen/ noch jemand ſolchen Thätern/ Rath/ Hülff/ und in keine andere Weiſe Beyſtand und Fürſchub thun/ auch ſie wiſſentlich und gefährlich nicht beherbergen/ behauſen/ ätzen/ träncken/ enthalten oder gedulten/ ſondern ein jeder den andern mit rechter Freundſchaft und Chriſtlicher Liebe meynen/ auch kein Stand noch Glied des Heilgen Reichs dem andern/ ſo an gebührenden Orten Recht leyden mag/ den freyen Zugang der Proviant, Nahrung/ Gewerb/ Renth/ Gilte/ und Einkommen abſtricken noch auffhalten/ ſondern in alle Wege die Kayſerliche Majeſtät und Wir alle Stände/ und hinwiederum die Stände/ die Kayſerl. Majeſtät/ Uns/ auch ein Stand den andern/ bey dieſen Nachfolgenden Religions- auch gemeiner Conſtitutionen des auffgerichteten Landfriedens alles Innhalts bleiben laſſen ſollen. Und damit ſolcher Fried/ auch der ſpaltigen Religion halben/ wie auß hiebevor bemeldten und angezogenen Urſachen/ die hohe Nothdurfft des Heil. Reichs Teutſcher Nation erfordert/ deſto beſtändiger zwiſchen der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät/ Uns/ auch Churfürſten/ Fürſten und Ständen des Heiligen Reichs Teutſcher Nation angeſtellet/ auffgericht und erhalten merden möchten: So ſollen die Kayſerliche Majeſtät/ Wir/ auch Churfürſten/ Fürſten und Stände des Heiligen Reichs/ keinen Stand des Reichs/ von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion und derſelben Lehr/ Religion und Glaubens halben/ mit der That/ gewaltiger Weiſe/ überziehen/ beſchädigen/ vergewaltigen/ oder in andere Wege wider ſeine Conſcientz, Wiſſen und Willen/ von dieſer Augſpurgiſchen Confeſſions-Religion, Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie auffgericht/ oder nachmahls auffrichten möchten/ in ihren Fürſtenthumen/ Landen und Herrſchafften dringen/ oder durch Mandat, oder in einiger anderer Geſtalt beſchweren oder verachten/ ſondern bey ſolcher Religion, Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen und Ceremonien, auch ihre Haab/ Gütern/ liegend oder fahrend/ Land/ Leuten/ Herrſchafften/ Obrigkeiten/ Herrligkeiten und Gerechtigkeiten/ ruhiglich und friedlich bleiben laſſen/ und ſoll die ſtreitige Religion nicht anders/ dann durch Chriſtliche/ freundliche/ friedliche Mittel und Wege zu einhelligem Chriſtlichem Verſtand und Vergleichung gebracht werden/ alles bey Kayſerlichen und Königlichen Würden/ Fürſtlichen Ehren/ wahren Worten/ und Pön des Land-Friedens. Verba Idiomatis Latini ita ſe habent:

„Statuimus itaq; & ordinamus, volumus & man-
„damus, ut nemo inpoſterum, cujuscunque Dignita-
„tis, Status & Conditionis ſit, ob cauſſam etiam
„quamlibet, quomodocunque etiam nominandam,
„& quocunque Prætextu id fiat, alterum invadere,
„armis aggredi, ſpoliare, capere & infeſtare, obſidere
„neque ac per ſe vel per alium nomine ſuo auxilium
„ferre, neque ullam arcem, Civitatem, Oppidum,
„munitionem, pagum, villam invadere, & ſine alte-
„rius voluntate auſu violento temerariè occupare,
„vel periculoſe per incendium vel alios modos de-
„vaſtare, nec ulli talium facinoroſorum conſilium,
„auxilium aut quovis modo patrocinium præſtare,
„Eosve ſcienter ac periculoſe non hoſpitare, aut
„domo ſuſcipere, cibum potumve præbere, celare
„aut

„aut detinere audeant, ſed unusquisque alterum verâ amicitiâ & Chriſtianâ charitate proſequatur neque ullus Status aut Membrum Sacri Imperii alteri, qui competente loco ſe Juſtitiæ ſubmittere pronus eſt, liberam commeatus advectionem, victum, negotiationem, reditus, cenſus ac Proventus intercipiat aut detineat, ſed omnimodo Cæſarea Majeſtas & Nos omnes Ordines, viciſſim verò & Ordines Cæſaream Majeſtatem & Nos, & alter Status alterum in ſubſequenti hâc Religionis ac communi Conſtitutione Pacis Publicæ juxta omnimodam continentiam perſiſtere, Eademque frui permittere debent.

(6.) Quamvis autem hæc Conſtitutio facta fuerit ſub Pacto fidei Cæſareæ & Regiæ, **bey Kayſerlichen und Königlichen Ehren** / minimè tamen ſervatum eſſe id quod in eâ continetur ſatis demonſtrat Edictum Imperatoris Ferdinandi II. Anno MDCXXIX. emanatum, prout ad Articulum VI. Pacificationis Religioſæ prolixè deduxi.

ARTIC. VIII.

De Statibus Religionis Catholicæ veteris, Eccleſiaſticis atq; Politicis, ab Auguſtanæ Confeſſionis Statibus, nec in Religione, nec in Bonis mobilibus & immobilibus, Reditibus aut Iurisdictione, ſub Pœna fractæ Pacis Publicæ nullo modo turbandis.

TENOR TRANSACTIONIS.

Es ſollen auch die jetzigen Kriegs-Ubungen / auch alle andere Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion Verwandte / die andern des Heiligen Reichs Stände / ſo der alten Religion anhängig / Geiſtlich oder Weltlich / gleicher Geſtalt / ihrer Religion / Kirchen-Gebräuche / Ordnung und Ceremonien / auch ihrer Haabe / Gütern / liegend und fahrend / Landen / Leuten / Renthen / Zinſen / Gülten / Ober- und Gerechtigkeit halber / unbeſchweret / und ſie derſelben friedlich und ruhiglich gebrauchen und genieſſen laſſen / auch mit der That oder ſonſt in Unguten gegen denſelben nichts fürnehmen / ſondern in alle Wege / nach Laut und Anweiſung Unſerer und des Heiligen Reichs Rechten / Ordnungen / Abſchied / und auffgerichten Land-Frieden / jeder ſich gegen dem andern / an gebührenden ordentlichen Rechten / alles bey Vermeidung der Pön / in jüngſt erneuerten Land-Frieden begriffen / begnügen laſſen Was denn auff ſolchem Reichs-Tage / durch gemeine Stände ſamt Ihrer Majeſtät ordentlichen Zuthun / beſchloſſen und verabſchiedet / das ſoll hernach alſo ſtracks und feſtiglich gehalten / auch dawider mit der That / oder in andere Wege mit nichten gehandelt werden. Verſio Latina ita ſe habet: „Ob hoc quoq; Bellum Status omnes Auguſtanæ Confeſſionis cæteros Sacri Imperii Status antiquæ Religionis Eccleſiaſticos & Seculares, ſimiliter Religionis ſuæ, Ceremoniarum, Conſtitutionum, Rerum immobilium & mobilium, Ditionum, Subditorum, Redituum, Cenſuum, Superioritatum & Juriſdictionum cauſſa non gravent, ſed pacificè tranquilleque illis uti fruique ſinant, nec vi factove, ſeu aliàs malignè contra Eos quicquam præſumant: Verùm enim verò juxta Noſtras & Sacri Imperii Ordinationes, Conſtitutiones, Edicta, Decreta, Receſſus factæ Pacis, ſinguli erga ſingulos ordinario jure juſtitiaque contenti ſint, ſub proximè renovatæ Pacificationis pœna. Quicquid verò in Comitiis illis à Communibus Statibus unà cum Cæſareæ Majeſtatis ordinario Præſidio concludetur ac Statuetur, inpoſterum quidem & rectè & firmiter ſervetur, neque in contrarium, aliave via diverſum agatur.

CONSPECTUS.

(1) ÆQualitas, quoad Catholicos in hoc Articulo conſtituta in Jure Naturæ & Compoſitione Pacis Osnabrugenſis radicata.

OBSERVATA.

COnſtitutio hujus Articuli nititur in Principio Juris Univerſaliſſimo: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Roborata quoque hæc eſt æqualitas in Artic. V. Pacificationis Osnabrugenſis §. 1. his verbis: „In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes & ſingulos ſit æqualitas exacta mutuaque, quatenus Formæ Reipublicæ Conſtitutionibus Imperii & præſenti Conventioni conformis eſt, ita, ut quod uni Parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum.

ARTIC. IX.

De Mandatis Cæſareis ad Cameram Imperialem, quo Transactio Paſſavienſis ſanctè cuſtodiatur, & juxta Eam Partibus Implorantibus, ſive Catholicis, ſive Auguſtanæ Confeſſionis Statibus & Subditis Ius & Iuſtitia adminiſtretur, & exſequutio, decernatur. Deq; Formulâ Iuramenti Aſſeſſorum, Aliarumq; Cameræ Imperialis Perſonarum, ad Deum & Sanctos, aut Deum aut Sanctum Evangelium dirigendâ.

TENOR TRANSACTIONIS.

Und ſoll auch alles das / ſo mehrgemeldten Frieden-Stand zuwider ſeyn / oder verſtanden werden möchte / demſelbigen nichts benehmen / derogiren noch abbrechen / und ſolches alſo der Kayſerlichen Majeſtät / Uns / auch Churfürſten / Fürſten und Ständen / reſpective gnugſam und nothdürfftig / in Krafft dieſes Vertrags verſichert ſeyn / auch dem Kayſerl. Cammer-Gericht und Beyſitzern obgemeldter Frieden-Stand zuerkennen gegeben / und bey ihren Pflichten befohlen werden / demſelben Frieden-Stand gemäß zu halten / und zu erzeigen / auch den anruffenden Partheyen darauff / ungeachtet welcher Religion die ſeynd / gebührliche und nothdürfftige Hülffe des Rechtens mitzutheilen / auch ſonderlich die Form der Beyſitzer / und anderer Perſonen und Partheyen Eydes zu GOtt und den Heiligen / oder zu GOtt und auff das heilige Evangelium zu ſchweren / denen ſo ſchweren ſollen / hinfortan freygelaſſen werden. Idioma Latinum ita ſe habet: „Omne autem quod dictis Induciis adverſatur, adverſarive cenſetur, in nihilo deroget illis, aut quicquam imminuet, idque à Cæſarea Majeſtate, Nobis item & Electoribus Principibus ac Statibus reſpective, ſufficienter, in quantum fuerit neceſſe,

„vigore

„Vigore hujus Compoſitionis ſeu Tranſactionis „cautum,confirmatumque ſit: Prætor quoque Cameræ Judicii & Aſſeſſores de iisdem Induciis certificentur, mediisque Eorum Juramentis, Eisdem „pareant & obſequantur,Implorantib' etiam Partibus non attento eo, cujusnam ſint Religionis, neceſſarias & legitimas ferant ſuppetias. Formulam „quoque cumprimis Jurisjurandi Deum & Sanctos, „aut Deum & ſancta Evangelica, Confeſſoribus „aliisque Perſonis & Partibus deinceps liberam permittendo.

SYNOPSIS.

(1) Decretum Cæſareum in Pace Publica Norimbergenſi, Anno MDXXXII. de ſuſpendendis Proceſſibus contra Electorem Saxoniæ, Ejusque Conjunctos inchoatis aut inchoandis. (2) Querela Statuum, Decretum hoc à Cameralibus eſſe neglectum, Eorumque Recuſatio Judicii Cameralis. (3) Repetitur Decretum in Pacto Cadenſi de Anno MDXXXIV. (4) Cameralium Excuſatio, indeque Cæſaris Ablegatio ad Diætam Statuum Proteſtantium Smalcaldiæ congregatorum. (5) Legati Cæſarei Propoſitio de exculpandis Cameralibus. (6) Statuum Reſponſio. (7) Replica Legati. (8) Statuum Duplica. (9) Concluſum in Diæta Brunovicenſi de Anno MDXXXVIII. Querelam Statuum de Judicio Camerali à Proteſtantibus Fœderatis Scriptis eſſe tractandam. (10) Perſtiterunt Status in Recuſatione Judicii Cameralis usque ad Tractatus Paſſavienſes. (11) De Formulâ Juramenti in Ordinatione Camerali formatâ.

OBSERVATA.

(1.)

Cautum erat in Pace Publicâ Norimbergenſi de Anno MDXXXII. ſupra adductâ, Artic. II. quod Cæſar omnes Proceſſus Judiciales in cauſſis Religionis, qui per Ejus Fiſcalem & alios contra Electorem Saxoniæ & Ejus Conjunctos inchoati eſſent, aut inchoarentur, inhibere & ſuſpendere vellet.

(2.) Quumque Mandata Cæſaris à Camerâ Imperiali negligerentur, conqueſti ſunt Status apud Cæſarem, & Cameræ Judicium recuſarunt ut ſuſpectum.

(3.) Repetita eſt Conſtitutio Norimbergenſis in Pacto Cadenſi, de Anno MDXXXIV. die Lunæ, poſt Johannis Baptiſtæ, Ibi: Primum, ut Pacificatio Norimbergæ proximè inita, & per Cæſaream Majeſtatem in Imperii publicata & mandata, omnibus modis conſervetur, neque contra hanc quicquam ſuſcipiatur; Et quoniam diſpar intellectus in hâc re ortus eſt, Ipſa Cæſarea Majeſtas clementer conſenſit & conceſſit, ut Ipſius Regia Majeſtas, Nomine Cæſareæ Majeſtatis curet, à Proceſſibus Judicii Cameræ Imperialis, pro conſervationis talis Pacificationis Publicæ, contra Eos, qui in hâc comprehenduntur, deſiſti & omnes illos Proceſſus, qui huc usque ſuſcepti ſunt, abrogari, quemadmodum hoc ipſum in illa ipſa Pacificatione ibidem confirmatum & expreſſum eſt.

(4.) Quumque Camerales exciperent, Proteſtantes venditare pro cauſſis Religionis, quæ non eſſent tales, ablegabat Cæſar Menſe Februario MDXXXVII. Doctorem Matthiam Heldum Ipſius in Germania Vice-Cancellarium ut, inter alia, Statibus Proteſtantibus Fœderatis Cameræ Exceptiones proponeret. Cæſaris Juſſui ſatisfaciebat Vice-Cancellarius Ille in Conventu Smalcaldienſi XV. Februarii ejusdem Anni.

(5.) „Quod Judicium, ajebat Legatus Cameræ „attinet, mandaſſe Cæſarem, ut à Cauſſis Religionis „abſtineret. Illos a. datis poſtea Litteris ad Cæſarem, expoſuiſſe, controverſiam oriri ſæpenumero, quæ „ſint Religionis cauſæ, quæ minus; Itaq; juſſiſſe Cæ„ſarem, ut quas cauſſas à Religione ſeparatas eſſe putarent, de iis indifferenter cognoſcerent. Per„quam enim illi fuiſſe grave, Juris adminiſtratio„nem retardari: quanta etiam in eo fuerit difficul„tas, in actione Noribergica ſatis potuiſſe videri; „ſed ab eo tempore multas incidiſſe cauſſas, de qui„bus cum Cameræ Judices agere vellent, ab ipſis & recuſati ſint, & aſperioribus etiam verbis com„pellati, & ejus rei querimonias ad Cæſarem eſſe delatas à litigatoribus, qui ſuum jure conſequi non „ſe poſſe dicant; Quæ ſane res permoleſta ſit Cæſa„ri, præſertim, quam plerique omnes judices delecti ſint ex Imperii Provinciis, nec in ſuſpicionem „temere vocari poſſint. Cæſarem Ipſum quoque, „re tota diligenter perveſtigata, quas ad Religionem Ipſi cauſſas aliquot reſcribant, exiſtimare „non eo referri oportere, verùm ita ſentire, quum „lis oritur, quo in numero collocari cauſſa debeat, à judicibus petendum hoc eſſe, non ab ipſis litiga„toribus. Nam ut à cauſſis Religionis abſtinea„tur, ſatis ipſis eſſe debere; Quod ſi verò Judices „præter Cæſaris Edictum egerint, non laturos im„pune, & fore ut juxta legem Ratisbonæ latam mulctentur, ſed Cæſarem ipſos invicem monere, ne „privatim à nonnullis inſtigati, temerè quid fa„ciant, neve Cameræ præſcribant, hoc enim neque licere & eſſe turbulentum, & ad Cæſareæ jurisdi„ctionis contemtum pertinere cumprimis, & in „ipſos quoque Judices contumelioſum eſſe, qui ſint partim Illuſtribus nati familiis, partim erudi„tione & virtute præſtantes, petere igitur, ne jus „ipſum impediant.

(6.) Regerebant Status Fœderati omnes D. XIV. ejusdem Menſis Februarii: „De Ca„meræ Judicio quod dixerit Legatus, & „quàm fuerit grave Cæſari, juris adminiſtrationem „retardari: difficultatem quidem in eo fuiſſe docent, quo tempore Moguntinus atque Palatinus „intercedebant, ſed tamen à multa deliberatione „nullam apparuiſſe firmiorem viam conſtituendæ Reipublicæ, quam ſi Religioni, & omnibus in „univerſum cauſſis Religioni conjunctis, Pax dare„tur, ad usque vel publicum Europæ vel Germaniæ Provinciæ Concilium, Niſi enim ita fieret, & niſi „quæcunque profluunt à Religione cauſſæ com„prehenderentur una, quam facili momento tur„bis eſſet futurus locus, & tunc fuiſſe animadver„ſum, & nunc etiam intelligi poſſe, verba quoque Cæſaris Edicti, qui tunc ea de re propoſuit, ſatis „hoc demonſtrare; Sui vero conſilii fuiſſe nun„quam, ut ullam aliam, quam Religionis cauſſam obducerent, neque Cameræ Judices, opinione „quidem ſua contrarium poſſe docere. Jam vero, „quod Cæſar dicat Illis, ut de qualitate cauſſarum cogno-

cognoſcerent, poteſtate feciſſe: perquam hoc ſibi moleſtum eſſe: Nam omneis illas actiones habere ſe pro Religioſis & eſſe revera tales, quæ videlicet decidi non poſſint, niſi controverſia primùm Religionis legitimo ſit definita Concilio, quod ipſum & Cæſari & Ferdinando Regi ſubinde per litteras atque Legatos nunciarint; Hanc enim de Religione quæſtionem eſſe præjudicialem & Concilio debere definiri prius quàm de reliquis, quæ dependent ab ea, cognoſcatur; Quum autem propter meritum & officium conferantur Beneficia, non Se poſſe illis, qui per ſuam Ditionem, diverſam à ſua Doctrina Religionem ſequuntur, permittere, ut Eccleſiæ Bonis utantur, fruantur, quæ nullo ipſis jure debeantur; Quandoquidem officium præſtare vel nolunt, vel neſciunt; Et, quoniam ad animi conſcientiam ea res pertineat, nullum eſſe locum juri poſſeſſionis aut reſtitutionis; Quum etiam Noribergæ transfigeretur, ſe nominatim conſignaſſe lites omnes atque cauſſas, quæ tū in Camera & paſſim in aliis judiciis pendebant, Eaſq; tanquam cauſſas Religionis Interceſſoribus repræſentaſſe, qui tum receperint, ſe daturos operam, ut Cæſar eas omnes Judiciis eximeret. Idem quoque Ferdinandum Regem in Conventu Cadamico recepiſſe, & illis Edicti verbis, ubi Cæſar omnem actionem reſcindit, facultatem de ſtatu cauſſarum cognoſcendi, Cameræ Judicibus omnem ablatam, atque præciſam eſſe: Et, quanquam in illos nihil gravius dicere velint, multos tamen, quod alacritatem in Ipſis quandam contra ſe decernendi viderent, eſſe factos audentiores, ut lites moverent, idque non una re poſſe demonſtrari, Suos enim Conſortes, quum quid in judicio petant, non modo non admitti, ſed contumelioſis etiam verbis repudiari; Nuper etiam Hamburgenſes ab Illis eſſe juſſos, ut ſuæ Civitatis Eccleſiaſticos, non facultatibus tantum, atque Bonis, verùm etiam Religioni priſtinæ & omni Juriſdictioni reſtituant: Et, quum id facere bona conſcientia non poſſent, in magnam auri vim eſſe condemnatos; Quid ſit igitur Ipſorum mentis atque propoſiti, Cæſarem ex hoc uno facto poſſe videre. Nam aut hanc eſſe Religionis cauſſam, aut certe nullam aliam; Si verò liceat ad hunc modum agere, jam ſanè fruſtra fuiſſe pactas Inducias, & ſiquidem hac ratione Ceremoniæ Ritusque mutati reſtitui debeant, nihil opus fore Concilio, cujus tamen ad cognitionem hæc omnia Cæſar Ipſe pertinere dicat; Juſtis ergo & neceſſariis de cauſſis illud ſe recuſare Judicium, quum variis Exceptionibus nihil proficerent. Jam verò, quantum ad Perſonas Cameræ pertinet, vix unum & alterum Suæ Religionis in eo reperiri Conſeſſu, cujusmodi ſit etiam Ratisbonæ factum decretum, non eſſe ignotum. Etenim quo quisque vehementius ipſorum Doctrinam oppugnet, hoc eſſe gratiorem ibi; Sed & ipſo etiam ex vultu, quomodo ſint animati, quando cauſſas tractant, poſſe non obſcure perſpici. Quod, quum ita ſit, ſperare, Cæſarem Illis, ut omnino deſiſtant, mandaturum eſſe; De Mulcta deque Lege lata Ratisbonæ quod dixerit, ad nullum Suum pertinere compendium; Has enim cauſſas, non item ut civiles atque forenſes vel æſtimari poſſe vel farciri. Quod ſi autem Cæſar ullam aliam ab Se cauſſam profanam admiſceri putet, non ſe recuſare, quo minus de eo cognoſcatur: Sic tamen ut interim Cameræ Judicium quieſcat.

(7.) Replicabat è veſtigio Legatus Cæſareus Heldus: Religionis quidem cauſſis Pacem eſſe datam, ſed in eo verſari litem, quæ debeant hoc nomine cenſeri, quæ minus, & quum Ipſi pro Religioſis habeant Cauſſis, quas alii civiles atque profanas dicant, periniquum eſſe, nolle rem diſceptari, nec alterius partis rationes & argumenta cognoſci. Noribergæ quidem Ipſos Interceſſor forte nominaſſe cauſſas aliquot, quas in eum ordinem referrent: Cæſarem verò non ita recepiſſe, quod non plenè ſciret earum conditionem, & poſſe fieri, ut ne Ipſi quidem Principes tunc exactè ſciverint, aut nunc etiam ſciant, cujusmodi ſint cauſſæ, niſi quantum Ii commemorant, ad quos Ea Res pertinet, qui ſuum haut dubie ſequantur in eo compendium; Atqui Legibus & Æquitati & Sacris Litteris eſſe congruum, ut in omni controverſia Litigatores ambo, quantum ſatis eſt, audiantur, neque ſecundum alterutrius narrationem, etiamſi vera ſit, quicquam pronuncietur; Cæſarem ergo, qui litem hanc ad Tribunal atque Judices rejecerit, omnino, quod ſui ſit officii facere, & ſic exiſtimare, quo graviores Ipſi propoſiti ſui rationes habeant, eò magis in lucem illas proferre debere, Sic enim liquido poſſe conſtare, quæ ſint præjudiciales & ad Concilium referendæ Cauſſæ, quæ minus; Item, an Illi, quibus ademptæ ſunt Facultates atque Bona, ſint reſtituendi, necne; Putare quoque Cæſarem, Judices in eo nihil eſſe facturos præter officium & datam fidem: Illos etiam ita confirmare Cæſari per litteras, quaſi nullam Religionis cauſſam attigerint; Idem ad ſe quoque perſcribere & nominatim de Hamburgenſibus hoc dicere; Inde ab initio litis, quam cum Eccleſiaſticis habent, ad exitum usque, ne verbulo quidem illos meminiſſe Religionis, Lata vero ſententia, quum jam ad Executionem Res tenderet, tunc primum ejus intuliſſe mentionem; Judices præterea ſui facti paratos eſſe rationem reddere, quod quidem ſatis eſſe debeat Ipſis, præſertim quum ex Se nuper etiam audierint, quomodo ſatisfacere Cæſar Ipſis cogitet, ſi quid Illos deliquiſſe conſtabit; Etenim non diſpendium modo farcire, ſed cauſſas illas omnes, de quibus illegitime pronunciatum eſſe patebit, in priſtinum ſtatum reſtituere, & actionem omnem præteritam velle reſcindere, irritamque facere ſibi. Profectò, quid Cæſar amplius præſtare poſſit, aut debeat, non apparere; Quod autem dicant, Eos, qui Religionem Ipſorum rejiciunt, non oportere reſtitui Bonis, id minus æquum ſibi videri; Nam absque legitima cognitione, & niſi litigatoribus auditis, nihil eſſe pronunciandum; Scire enim ipſos, nullo jure licere quenquam Religionis, vel alia quavis de cauſſa, ſpoliare; Itaque non Se poſſe rationem hanc atque modum agendi in ullo, quicunque ſit, probare; Nam, ut ne quid ejusmodi fieret, idcirco Noribergæ transactum, fuiſſe certis conditionibus, & Edicto deinde Cæſaris denunciatam atque ſancitam eſſe publicam per Imperium Pacem; Ac ſanè de Religione multo poſſe facilius convenire ſua quidem opinione, ſi non occupandis Bonis, ad eum modum incumberetur; Quæ quidem bona non tanti eſſe debeant in hoc toto negotio, præſertim, quum Evangelii

„gelii Doctrina longè diverſam viam nobis com-
„monſtret, & ut cogitationes noſtras atque ſtudi-
„um alio referamus hortetur; Quod autem Ham-
„burgenſem illam cauſſam ad Religionem pertine-
„re dicant, aut nullam aliam, mirari ſe plurimum,
„nā eſſe multas alias, de quibus ex præſcripto Legum
„& Ejus dicti, quod Cæſar Wormatiæ fecit, Camera
„jure poſſit cognoſcere, verum eas omnes quadam
„ſingulari *Cæ*ſaris Benignitate, ſuſpenſas manere;
„Quum ergo Cæſar adverſus Pacta nihil ſit factu-
„rus, & idem ab Ipſis expectet, petere ſibi claris ver-
„bis de eo renunciari; Perſonas autem Cameræ,
„quod nuper etiam dixerit, ex mediis Imperii Pro-
„vinciis eſſe deſumtas, & quanquam Ipſorum So-
„cietatis pauci admodum forte ſint in eo Conſeſſu,
„tamen non eſſe probabile, Rem idcirco minus æ-
„que adminiſtrari, quandoquidem illi non ſuo quo-
„dam Arbitratu, verum ex legitimis rationibus,
„juxtaq; Leges & ſecundum Imp. Conſuetudinem
„pronunciare fide data teneantur; Hanc ſanè ra-
„tionem, quo tempore Judicum Ipſe fuit in nume-
„ro, diligenter obſervatam fuiſſe; verùm, utcun-
„que ſe res habeat, ſi quod illorum ſit delictum, non
„futurum impune; Neque Se defendendam illo-
„rum ſuſcipere cauſſam vel excuſandam. Illos et-
„iam hoc ab Se non requirere, & quo minus de
„Re tota cognoſcatur, non recuſare.

(8.) Duplicabant Pridie Kalendis Martii
Fœderati Status: "Et Cameram, & Ipſum Lega-
tum Oratione ſuâ talem affingere interpretationem
„ut non in dubium modò vocetur Ea Pax, verum
„etiam planè videatur tolli, nec ullius eſſe uſus;
„Nam ipſius ſermonem eò ſpectare, quaſi pro cauſ-
„ſis Religionis habeat illas modo, quæ profluunt,
„ex Edicto Wormatienſi & aliis quibuſdam Impe-
„rii Decretis non etiam Illas, quæ poſtea natæ ſunt,
„& quæ privatas ad perſonas pertinent, de quibus
„nominatim ſit actum Noribergæ cum Interceſſo-
„ribus, longè verò aliam hujus Tractationis cauſ-
„ſam fuiſſe. Nam etſi, Leonis X. Pontificis im-
„pulſu, Cæſar Edictum illud Wormatienſe forte
„promulgavit tunc, quum veram Doctrinam per-
„pauci adhuc intelligerent, poſtea tamen illud aliis
„Imperii Decretis, quantum ad ſe quidem attinet,
„ſuſpenſum fuiſſe, præſertim in Comitio Spirenſi-
„bus ante annum undecimum, ubi controverſiam
„omnem placuit ad Concilium referri, & hoc in-
„ſuper additum fuit, ut interea Magiſtratus omnes,
„in ſua quisque Ditione, rem ita gerant, quo factum
„ſuum & Deo poſſint & Cæſari quove probare; Ni-
„mirum ex eo ſatis intelligi, ſuſpenſum illud Edi-
„ctum neque ſibi Noribergæ opus fuiſſe, de nova
„ſolicitare ſuſpenſione. Cur enim ad legitimum
„concilium delata ſit omnis actio, ſi Wormatienſe
„valere ſemper oportuit Edictum, aut ſi ipſorum
„habita ſemper eſt Religio pro condemnata; Mul-
„tum videlicet inter ſe differre illud Edictum & Pa-
„cem Noribergicam; Illud enim ad Executionem
„ſpectaſſe tantum, & hoc ſolum in quæſtionem ve-
„niſſe tunc temporis, an quis Edictum violaſſet? Eo
„cognito, licuiſſe tum forte Cameræ, niſi Comitio-
„rum Spirenſium interveniſſet, Decretum Juriſdi-
„ctionem exercere, tanquam in re civili; Verùm
„Eas Cauſſas, propter quas Noribergæ conventum
„& transactum fuit, ad fidem atque Religionem
„pertinere, quod claris etiam verbis in ſuo Diplo-
„mate Cæſar teſtificetur. Nam etſi Cameræ non
„licebat alioqui de hiſce Rebus cognoſcere, tamen
„motus vitandi cauſſa, Noribergæ fuiſſe cautum
„amplius, ut ab iis abſtineretur, ex Diplomatis quo-
„que Cæſarei verbis liquido conſtare, cautum ibi
„fuiſſe non de iis modo Controverſiis, quæ tota ſui
„natura ſunt Religionis; verùm de illis etiam, quæ
„propter mutationem Rituum atque Ceremonia-
„rum & id genus alia, naſcuntur. Deinde Pactio-
„nes omnes intelligendas eſſe pro qualitate Rei
„ſive cauſſæ, propter quam nata lis fuit atque con-
„troverſia. Jam verò inde poſt illud Spirenſe De-
„cretum ad Pacem usque Noribergicam, è Suis ne-
„mini, quod quidem ipſi ſciant, ullam fuiſſe litem
„motam à Fiſco, vel factam moleſtiam; Came-
„ram quidem uſurpaſſe ſibi cognoſcendi poteſta-
„tem, & in Judicium vocaſſe nonnullos, propter
„mutatam Religionem, Ceremonias, Ritus, & pro-
pter Facultates atque Bona; Quumque de his re-
bus eſſet diſſidium, Se nominatim illas interceſſori-
bus detuliſſe. Transactionem igitur illam non de
iis tantum rebus, quæ deſcendunt ab Edicto Wor-
„matienſi, verùm de illis etiam intelligi debere,
„quæ tunc temporis, quando conventum fuit, erant
„controverſæ. Nam cur alioqui tantum laboris
„& moleſtiæ ſumpſiſſent? Cur ſumtus feciſſent in
„re, quæ jam dudum eſſet Imperii ſublata Decreto,
„& unde nihil erat metuendum incommodi? Quum
„autem metus eſſet, ne Camera ſuis actionibus tur-
„bam excitaret, de induciis fuiſſe pactum; Quæ
„ſanè non aliò referri poſſint, quàm ad Eas cauſſas,
„de quibus tunc potiſſimum lis erat, & quæ tunc In-
„terceſſoribus explicatæ fuerint; Quod autem i-
„gnoraſſe Cæſarem, ait, quo proprie pertinerent
„illæ cauſſæ non videri probabile, quum propter
„eas & indictus eſſet, ille conventus, &, niſi compo-
„nerentur, motus impenderet; Neque verò credi-
„bile eſſe vel Interceſſores ad cæſarem hæc non
„ſcripſiſſe, vel Cæſarem, ſi quid improbaſſet, diſſi-
„mulare voluiſſe; Quin etiam iſta Cæſari, pro ſua
„poteſtate, liceant, *P*acis retinendæ cauſſa, nullum
„eſſe dubium, quum etiam Pax conſiſtere non poſ-
„ſet, niſi hæ cauſſæ comprehenderentur, nuper ſe
„docuiſſe; Quumque Lege ſit cautum Imperii, ne
„quis alteri ſuum eripiat, ſe tum Interceſſoribus ex-
„plicaſſe Noribergæ ſuam ſententiam, & ſi qui-
„dem Camera ſibi litem moveret, propter ademta
„ſuis Monachis atque Sacrificulis Bona, qui veram
„Religionem atque cultum rejicerent, habituros
„illud ſe pro vi & injuria declarâſſe; Quod autem
„iniquum eſſe putet, nolle pati, ut Camera cogno-
„ſcat, quæ ſint cauſſæ Religionis, quo minus, quæ
„etiam dicat, quo plures habeant ſui propoſiti ra-
„tiones, eo magis in publicum illas eſſe proferen-
„das, ad ea ſatis jam eſſe reſponſum, neque putâſſe
„futurum, ut hoc objiceretur; Nam etſi minime
„lucem defugiant, imo vehementer cupiant coram
„æquo Judicio cauſſam omnem diſceptari; tamen
„ut ab ea Formula, quam Cæſar interpoſuit, diſce-
„dant, non ſibi eſſe integrum, nec enim ad Came-
„ram ſeſe rejectos, verum actionem omnem inter-
„dicto ſublatam, & illud inſuper additum eſſe, ſi
„quid contra fiat, ut ad Cæſarem hoc, ipſiusve Le-
„gatum renuncietur. Nam de Camera facile ſibi
fuiſſe reſpondere, cur eam non admitterent; Ideò
„nimirum quia in eo Conſeſſu plerique ſint omnes
„Religionis Pontificiæ, & jurejurando teneantur,
„non minus ex præſcripto Juris pontificii, quam
„ex Legibus Imperatorum judicare, quodque non
„ſibi tantum, ſed multis aliis per Germaniam notæ

',ſint ipſorum rationes & modus agendi; Quod au-
',tem jurejurando ſint adſtricti, non illos idcircò
',ſuſpicione liberati; Nihilominus enim recuſari
',poſſe, quia ſibi quoque neceſſariò faciendum fue-
',rit; Quid enim ab iis expectent, qui contrariam
',profitentur Religionem, quique ſuam doctrinam
',ut impiam condemnant? Nihil etiam ad rem fa-
',cere, quod nomine Cæſaris perpauci, complures
',autem ex Imperii Provinciis in eo ſint conſeſſu,
',Vim enim totam in hoc eſſe poſitam, cui ſint ad-
',dicti Religioni; Quales autem eos eſſe oporteat
',ex Decreto Comitii Ratisbonenſis apparere: ple-
„rosque etiam omneis ab Epiſcopis & id genus aliis
„eo deſtinari; Quumque ſuas Ipſi cauſſas eccleſia-
„ſtici, quæ ad Ceremonias atque Ritus, ad docen-
„di munus atque Bona pertinent, Religioſas nomi-
„nent, cur non ad hunc numerum eas omnes Ca-
„mera reſcribat, quæ ſunt ejusdem generis? Verùm
„igitur eſſe quod prius quoque dixerint, ſiquidem
„Cameræ ſe Judicio ſubmittant, nihil opus fore
„Concilio, cujus ad cognitionem illa proprie
„pertineant. Nam illos indifferenter, quæcun-
„que ſint adhuc ad ipſos delatæ Cauſſæ, judicare,
„& non Bona tantum, ſed impias quoque Cere-
„monias voluiſſe reſtitui. Quod ipſum ſi valere de-
„beat, omnem ſuam Doctrinam iri condemnatum
„Procuratores quoque ſuos non audere, metu peri-
„culi, Cauſſas defendere, multo minus recuſare Judi-
„ces. Illos enim etiamſi recuſentur, pergere ni-
„hilominus & remiſiſſe nuper Hamburgenſibus li-
„teras recuſationis. De Monachis, & id genus aliis,
„ideo Se illud exemplum poſuiſſe, ut oſtenderent,
„non ad Eos, verùm ad Eccleſiæ Miniſtros & alios
„pios uſus ea pertinere Bona. Quod igitur de Bo-
„nis occupatis, deque ſpoliatione dixerit, ad inju-
„riam ſuam pertinere, neque ſibi tale quid non ſo-
„lum ab ullo Suæ conditionis, verum ne à Cæſare
„quidem objectum adhuc eſſe. Mirari autem, cur
„vim eſſe dicat in eo, quod Monachis atque Sacrifi-
„cis, qui veram Religionem aſpernantur, & mani-
„feſtos errores obſtinate defendunt, Eccleſiæ Facul-
„tates adimant. Illos enim in his ipſis Bonis, quæ
„Sui Majores, magna ex parte, contulerint, aliud ni-
„hil habere Juris, quàm quod Eccleſiæ fuerunt ali-
„quando ſuis in Ditionibus Miniſtri, poſtea vero,
„quàm illuxit veræ Doctrinæ cognitio, deprehen-
„ſos errores non ſe potuiſſe Bona Conſcientia tole-
„rare diutius, verum neceſſario ſuſtuliſſe, & illis qui
„Religionis emendationem præfracte recuſarent,
„Bonorum uſumfructum minime permiſiſſe. Quod
„ſi qui forte putent, illos nihilominus in ſua Reli-
„gione tolerandos fuiſſe, non recte ſentire. Nam
„id ſibi non licere, ne culpæ fiant affines. Non ver-
„bis enim tantum, ſed ipſo quoque facto Chriſtum
„atque veritatem abnegari; Criminationem igitur
„hanc ſibi præter meritum offerri. Cujus enim
„hoc eſſet imprudentiæ, propter tantula Bona, tam
„invidioſa, in diſcrimen vocare Fortunas omneis,
„Exiſtimationem, vitam ipſam, Conjuges, Liberos,
„& quicquid omnino charum eſſe poteſt? Aliena
„Bona, quæque ſuæ non ſint Ditionis, non affectare
„ſeſe. Jure quoque Pontificio demonſtrari poſſe,
„non illis ea Bona competere, quia falſam Doctri-
„nam proponunt atque defendunt; Nec enim
„emolumentum hic ſpectari, ſed hoc ſolum & inpri-
„mis agi, ne quà fiat per Ipſorum Ditionem Nomi-
„ni Divino contumelia. Nam illis, qui ſanam Do-
„ctrinam amplectuntur, nihil auferri quicquam,
„neque dubitare, quin de hisce Bonis multo ſint Ipſi
„meliorem Deo reddituri rationem, quam Illi, qui
„titulum Eccleſiæ ſibi ſumunt, eaque Bona nullo jure
„poſſident atque profundunt. Et ſi forte jus poſſeſ-
„ſionis in medium adducant, nihil ad rem facere;
„Quum enim veritas illuſceſcit, omnem & poſſeſſio-
„nem & præſcriptionem & conſuetudinem eva-
„neſcere velut umbram, etiam Juris Pontificii teſti-
„monio; Non ergo pugnare cum Legibus aut Æ-
„quitate ſuum hoc inſtitutum, ſed eſſe tum hone-
„ſtum, tum pium, & ſacris literis conſentaneum; Il-
„lud etiam, quod ait non ſe probare, quando per vim
„aliquis à Bonis dejicitur; in adverſarios recte qua-
„drare, quorum ex grege ſi quis ad veram Doctri-
„nam ſeſe convertit, huic non Facultates eripi tan-
„tum, ſed vitam quoque; Scire enim Ipſum, quanta
„ſævitia, quantum ſanguinis profuſum ſit, hanc
„unam ob cauſſam, exilium quidem & totius familiæ
„calamitatum illis eſſe mitiſſimam pœnam. Quod
„præterea dicat, facilem fore Concordiæ viam, niſi
„de Bonis ageretur, verum eſſe quidem, ad Adverſa-
„rios quantum attinet; Niſi enim hi ſuas opes, ho-
„nores, delicias, mollem illam & voluptariam & tur-
„pem vitam longe præferrent ſtudio veritatis, nulla
„difficultate poſſe rem omnem tranſigi. Licet enim
„ſciant iniquam hanc eſſe profuſionem, tamen
„emendationem eos ferre non poſſe, quæ cumpri-
„mis neceſſaria ſit. Jam quod Camerales dicant,
„niſi ſe præter officium feciſſe: quam id ſibi conſtet,
„è ſuperioribus intelligi poſſe. Nam & cognitio-
„nem legitimam exoptare ſe vehementer, & jam
„olim petiiſſe, quo de cauſſis recuſationis arbitri
„decernerent. Ut autem in integrum reſtituantur
„à Cæſare cauſſæ, de quibus Camera non recte pro-
„nunciarit, admodum fore difficile, nec Actores
„etiam, ſecundum quos latæ fuerunt ſententiæ per-
„miſſuros. Quod igitur ſcire cupiat, quid Ipſorum
„ſit in eo voluntatis: & Pace nihil ſibi antiquius eſſe,
„& contra Pacis rationes nihil feciſſe, & cauſſas, cur
„illos recuſent Judices, explanaſſe; Jam vero, ſiqui-
„dem illi præter hæc omnia, ſuo more, pergant, non
„Se parere Decretis, &, ſi qua vis fiat, jure Naturæ,
„quod defenſionem omnibus permittit; Socios pe-
„riclitantes deſerere non poſſe, quum ſciant, Illis
„oppreſſis, eundem caſum ſibi quoque brevi ſub-
„eundum eſſe. Vid. Johann. Sleidan. *Libr. Hiſtor. XI. ad Annum MDXXXVI. pag.* 275. *uſq. ad pag.* 288. Frideric. Hortleder. *Libr. VII. cap. I. II. III. IV. Tom. I. fol.* 1410. *uſq. ad fol.* 1432.

(9.) Et quamvis in Conventu Brunovicenſi Anno MDXXXVIII. Menſe Martio, quæſtio de Recuſatione Judicii Cameralis variè agitaretur, nihil tamen concluſum, quam ut ea in Scriptis inter Ipſos Fœderatos concertaretur; Id quod factum, vid. Hortleder. *Laudat. Libr. VII. cap. IX. uſque ad Cap. XVIII.*

(10.) Tandem tamen in eo unanimes fuerunt Fœderati, Judicium Camerale, prout id temporis conſtitutum erat, in cauſſis Religionis & Civilibus eſſe recuſandum, prout patet ex Manifeſto Ipſorum, D. XIII. Novemb. MDXXXVIII. in quo cauſſas recuſationis prolixè recenſent, & notanter addunt, quod ſi in Germaniâ Bellum aut motus ſuboriantur, quod Pax Norimbergenſis & Pactum Cadenſe, quoad Cameræ Jurisdictionem, contra Proteſtantes in cauſſis Religionis ſuſpenſam, à Cameralibus haut ſit obſervata, ſe innocentiam ſuam coram Deo & Hominibus conteſtari publicè. vid. Frider.

Hort-

Hortleder. *Libr. VII. fol.* 1468. *uſq; ad fol.* 1478. & Melchior. Goldaſt. ab Haimensfeld. *Tom. II. Conſtitut. Imperial. fol. uſq; ad fol.* 182. Duravit hæc recuſatio uſque ad Transactionem Paſſavienſem, & meritò inter cauſſas Belli Germanici numeratur. Hinc nata eſt hujus Articuli Conſtitutio.

(II.) Formula Juramenti, cujus in Articulo mentio fit directa eſt ad Deum, & ſanctum Evangelium, non ad Sanctos, ceu patet *Part. I. Ordinationis Cameralis, cap. LVII. uſq; cap. LXXXV.*

Artic. X.

De Argumento pluralitatis Votorum ad Comitia proxima rejecta.

TENOR TRANSACTIONIS.

SO viel aber die Vergleichung derer Stimmen betrifft/ wollen Wir in gemeiner Reichs-Verſammlung alle mögliche Forderung erzeigen/ damit in Religion-Sachen/ kein Theil des Uberſtimmens ſich zu befahren habe. Verſio Latina ita ſe habet: „In ſuffragiis quoque dandis rogandisque æqualitas „ſervetur, æquum jus Partibus, nec iniquum reddendo & conſervando.

CONSPECTUS.

(1) ELector Saxoniæ cæterique Proteſtantes in Diætâ Numburgenſi à Romanorum Rege Ferdinando in Comitiis Auguſtanis Anno MDLV. Pacis Religioſæ condendæ gratiâ commorante rogantes contendunt, ut Transactionis Paſſavienſis memor ſtudiosè curet, ut ne Auguſtanæ Confeſſionis Conſortes in cauſſis Religionis per vota Majora lædantur. (2) Negotium illud de Majoritate votorum, in cauſſis Religioſis demum Anno MDCXLVIII. in Tractatibus Pacis Oſnabrugenſis ſopitum.

OBSERVATA.

(1.)

POſtquam indicta erant Comitia Auguſtæ Vindelicorum Anno MDLV. perſcripſerunt ex Conventu Numburgenſi, Die Lunæ poſt Reminiſcere eodem Anno ad Regem Romanorum Ferdinandum, Elector Saxoniæ Auguſtus, Elector Brandenburgicus Joachimus, Johannes Fridericus, & Johannes Wilhelmus Duces Saxoniæ, Johannes & Georgius Fridericus Marchiones Brandenburgici, Philippus Haſſiæ, ut, Transactionis Paſſavienſis memor, ſtudiosè curare velit, ne Auguſtanæ Confeſſionis Conſortes in cauſſis Religionis per Vota Majora lædantur. Hierneben werden Sich Ihre Königliche Majeſtät ohne Zweiffel gnädigſt erinnern/ was der Religion und Friedens halben/ nicht allein dem Paſſauiſchen hochbetheurten Abſchied einverleibt/ ſondern auch in der Handlung daſelbſt gedacht/ und für gut angeſehen/ und zuvorderſt/ was Eure Königliche Majeſtät neben derſelben geliebten Sohne Herrn Maximilian/ erwehlten König zu Böhmen/ auch aller Churfürſten/ und der fürnehmſten Geiſtlich- und Weltlichen Fürſten/ des Heiligen Reichs Geſandten/ zu Erhaltung Fried/ Ruhe und Einigkeit/ in Teutſcher Nation für gut angeſehen/ und hochgedachter Röm. Kayſerlichen Majeſtät für ihr Bedencken vermeldet/ ſonderlich aber unter andern des Innhalts/ wo die Vergleichung in der Religion/ durch der obgemeldten Wege keinen würde erfolgen/ daß alsdann nichts deſto weniger/ der Friede-Stand bey ſeinen Kräfften/ biß zu endlicher vergleichung beſtehen und bleiben ſolte/ daß auch Eure Königliche Majeſtät deſſelben allergnädigſt und Vätterlichen Willens noch ſeynd/ iſt deßhalben um ſo viel deſtoweniger in einen Zweiffel zu ſtellen/ daß Eure Königliche Majeſtät dem Paſſauiſchen Abſchied klärlich einverleiben laſſen/ daß ſie erbötig und willig wären/ alle vermägliche Förderung zu erzeigen/ damit in Religions-Sachen kein Theil ſich des Uberſtimmens vor dem andern zu befahren/ ſo haben ſich auch folgends/ und als die Kayſerliche Majeſtät denſelben durch Euere Königliche Majeſtät und die andern Stände bedencken/ und des gemeinen beſtändigen Friedens/ auff gemeine Reichs-Verſammlung geſtellet/ eure Königliche Majeſtät und die andern Handlungs Chur- und Fürſten zu Paſſau ſo viel gnädigſt und freundlich vernehmen laſſen/ daß ſie auff dieſem Reichs-Tage alles dasjenige/ ſo zu Auffrichtung und Erhaltung beharrliches und beſtändiges Friedens/ Ruhe und Einigkeit im Heiligen Reich Teutſcher Nation immer dienſtlich und fürträglich ſeyn kan/ oder möge/ mit höchſtem Fleiß befördern wollen/ nicht weniger als zu Paſſau beſchehen/ und daſelbſt zu gutem Vergnügen von ihnen und der Handlung vermerckt/ und geſpüret worden; Derowegen Wir es auch gäntzlich dafür halten/ die andern Reichs-Stände/ ſo des gemeinen Vatterlandes Wohlfahrt/ und die gemeine vorſtehende Noth der Chriſtenheit bedencken/ werden zu obbemeldtem unbedingten Frieden nochmahls nicht weniger/ dann Wir geneigt/ oder je durch Eure Königliche Majeſtät leichter zu vermögen ſeyn/ und ob dann gleich andere Leute und Nationen/ dann Unſere bekante Chriſtliche Lehr/ der Augſpurgiſchen Confeſſion entzogen/ und vielleicht der Teutſchen Nation/ gemeinen Frieden und Wohlfarth/ nicht alſo nothwendig und angelegen/ als den andern Reichs-Ständen und Uns/ die Römiſche Käyſerliche und Euer Königliche Majeſtät eines andern zu erinnern und zu vermahnen ſich unterſtehen möchten; So wiſſen wir doch der Kayſerlich- und Ewer Königlichen Majeſtät allergnädigſten Urſachen und Vätterlichen Willen/ damit ſie dem Hertzen des Heiligen Reichs der Löblichen Teutſchen Nation geneigt/ dermaſſen/ daß ſie die Nothdurfft der Chriſtenheit bedencken/ und ſich dardurch in etwas/ das dem gemeinen Frieden und dem hochbetheuerten Paſſauiſchen Abſchied in einigem Wege verhinderlich ſeyn möchte/ nicht werden bewegen laſſen. Darum und darzu Er. Kön. Maj. Wir hiermit unterthäniglich und flehendlich bitten und ermahnen. Und bey dieſem wolten Eure Königliche Majeſtät ſonderlich gnädigſt bedencken/ daß es mit Unſerer (Gott lob) Chriſtlichen und bekandten Religion/ wie die in der Augſpurgiſchen Confeſſion begriffen/ die Gelegenheit nicht hat/ daß darinnen einige Ketzereyen/ Secten und auffrühriſche Lehren vertheydigt oder verfochten würden. Sondern es ſeynd darinn allein die Stück verfaſt/ ſo in dem Wort GOttes und der wahren heiligen Göttli-

chen und Apoſtoliſchen Schrifft/ auch der Lehre der allgemeinen Chriſtlichen Catholiſchen Kirchen gemäß / über und wider welche Wir auch nicht zuthun / ſondern darbey vermittelſt Göttlicher Hülffe zu bleiben / und darneben der Römiſchen Kayſerl. und Euer Königlichen Majeſtät unterthänigen ſchuldigen Gehorſam mit Treuem Gemüth zu leiſten bedacht. Solte nun hierüber (welches der Allmächtige gnädiglich verhüten wolle) das hochſchädliche beſorgliche Mißtrauen practiciren/ und anders das dan Schaden und Verderben mit ſich bringt/ länger in Teutſcher Nation währen / und durch einen gemeinen unbedingten Frieden nicht auffgehaben werden; So würden ės unſere Nachkommenen nach Uns / die Wir jetzt leben / zu Kindes Kind beklagen / auß dieſer Urſachen / daß der Türcke ſeinen Willen ſchaffen / und das Teutſche theure Chriſtliche Blut/ mit ſeiner wütenden Tyranney/ in erbämliche Bande / Joch und Dienſtbarkeit bringen möchte / da doch der Allmächtige ſonder allen Zweiffel / ohne das bey Uns ſeyn/ und das gnädiglich verhüten würde. Das zeigen Wir obgedachter Meynung Euer Königlichen Majeſtät und derhalben an / daß an Uns an allem dem das zu Vermahnung/ Rath und Hülffe/ wider ſolch übel vonnöthen / Wir nichts wollen erwinden laſſen / welches Wir mit GOtt bezeugen/ und bitten nachmahls Euer Kön. Maj. wolte diß unſer Schreiben von Uns allergnädigſt daß es von hertzen treulich gemeinet/ und nicht anders verſtehē/ und vor allen Dingen / den geſuchten gemeinen beharzlichen und beſtändigen Frieden fürdern helffen/ und denen / ſo der Kayſer- und Er. Kön. Maj. ein anders fürzubilden ſich unterſtehen wolten / unter was Schein auch das geſchehen kan / Statt noch Raum geben / auch ihrem gnädigſten Erbieten nach/ vermöge des Paſſauiſchen Abſchieds / die Beförderung zu thun / damit Wir und andere Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion / in dieſen Sachen / das Gewiſſen und Unſer Seelen Heyl/ auch gemeine Wolfarth Teuſcher Nation belangt/ durch das mehrer/ wie auch in ſolchen Sachen billig nicht beſchehen ſoll/ nicht möchten überſtimmet oder beſchweret werden; Daran thun Euer Königliche Majeſtät ein GOtt-gefällig und ſolch Werck / das der gemeinen Teutſchen Nation und dem Heiligen Reich zu Wohlfarth / Frieden / Ruhe und Einigkeit würde gereichen.

(2.) Quæſtio ipſa de pluralitate Votorum poſt comitia Auguſtana Anno MDLV. in cauſſis Religionis integro Seculo agitata demum in Pacificatione Osnabrugenſi Articul. V. §. 52. deciſa, Ibi: in cauſſis Religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi Status, tanquam unum corpus, conſiderari nequeunt, ut etiam catholicis & Auguſtanæ confeſſionis Statibus in duas partes euntibus, ſola amicabilis compoſitio dirimat, non attentâ Votorum pluralitate

ARTIC. XI.

De Præſentatione Aſſeſſorum Cameræ Imperialis, emendendâ Ordinatione Camerali & Cameræ Viſitatione in proximis Comitiis tractandâ.

TENOR PACIFICATIONIS.

SO viel die Præſentation der Beyſitzer und andere Articul Friedens und Rechtens betrifft/ iſt in dieſer Handelung bedacht worden / da etwas Beſchwerliches oder Bedenckliches ſich in der Cammer-Gerichts-Ordnung wolte ereignen / dieweil ſolche Ordnung mit gemeiner Stände Bewilligung in gemeiner Verſammlung auffgerichtet/ und beſchloſſen / daß die beſtändiglich nicht / dann wiederum durch die Kayſerl. Majeſtät und gemeine Stände / in gemein / oder aber/ ſo viel es die Gelegenheit erleiden mag / den ordentlichen Weg der Viſitation gemeldtes Cammer-Gerichts/ oder ſonſt möge geändert und erlediget werden / da dann Wir / ſamt der Churfürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten und derer Abweſenden Bottſchafften / erbötig und willig ſeynd alle vermögliche Forderung zu erzeigen / damit in Religions-Sachen kein Theil des Uberſtimmens für dem andern zu befahren auch Partheylichkeit verhütet / und die Verwandte der Augſpurgiſchen Confeſſion / am Kayſerl. Cammer-Gericht nicht außgeſchloſſen / desgleichen auch andere Beſchwerungen/ wo einige befunden würden / der Billigkeit nach / abgewendet / und dieſes alles auff nechſten Reichs-Tag abgehandelt werde. Es haben auch Wir / ſamt der Churfürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten / und der Abweſenden Bottſchafften bey der Kayſerl. Majeſtät freundlich und unterthänig angeſucht und gebeten / daß Jhro Kayſerl Majeſtät die nothwendigſten Puncten und darunter den Articul / die Præſentation belangend / und daß die Verwandten der Augſpurgiſchen Confeſſion/ am Kayſerlichen Cammer-Gericht / wie oblaut/ nicht außgeſchloſſen werden/ auß Vollkommenheit Jhro Kayſerl. Majeſtät Gewalts / zu Beforderung und Erhaltung Friedens und Einigkeit im Reich/ alſobald immer möglich/ erledigen wollen. „Idioma Latinum ita ſe habet: „Similiter & in præſen„tandis Aſſeſſoribus, aliisque Pacis & Juſtitiæ Arti„culis hâc tractatione placuit, ſi quod operæ pre„tium ac deliberatione dignum in Dicaſterii Ca„meræ Conſtitutione apparuerit, quandoquidem „eadem Conſtitutio communi Statuum aſſenſu, Co„mitioque Imperii ſancita eſt, non etiam niſi per „Cæſaream Majeſtatem, Statusque communes, re„bus ita ferentibus ordinaria via, utpote Viſitationi„bus, aliisque Mediis mutari tollique poſſe. In quâ „Re Nos, Electorum Legati, comparentes Princi„pes & abſentium Nuncii recipimus Nos ac con„ſentimus omnem diligentiam, operamque præſti„turos, ne quà Partium, in Religionis negotio Suf„fragiorum, Imparitate ſibi præ cæteris metuat, Par„tialitate remotâ. Auguſtanæ quoque Confeſſionis „Conſortes à Cæſareo Cameræ Judicio non exclu„dantur, aliaque Gravamina, ſi quæ comperiantur, „ex æquitate removeantur, & hæc quidem omnia „proximis Comitiis explicentur. Cæterùm & hoc „Nos, unà cum Electorum Legatis, comparentibus „Principibus, & abſentium Nunciis apud Cæſaream „Majeſtatem, amanter reverenterque cum Reve„rentiâ petivimus, uti Ejus Majeſtas Puncta illa, plus „neceſſaria, inter quæ & Articuli Præſentationis, & „ne Auguſtanæ Confeſſionis Conjuncti à Judicio „Cameræ, ut ſupra dictum eſt, excludantur, conti„nentur, ex plenitudine Majeſtatis Suæ Cæſareæ, „ad provehendam, retinendamque Pacem & Con„cordiam in Imperio, quantocyus fieri poſſet, reſol„vere dignaretur. Huc etiam ſpectant, quæ de Judicio Camerali exſtant in Appendice Transactionis Paſſavienſis hoc tenore: So viel aber die Vergleichung

chung der Stimmen / auch gleich unpartheyiſch Recht zu erhalten / desgleichen Præſentation der Beyſitzer und anderer Articuln Friedens und Rechtens betrifft/wird bedacht / da etwas beſchwerliches oder bedenckliches ſich in der Cammer=Gerichts Ordnung wolte ereignen/dieweil ſolche Ordnung mit gemeiner Stånde Bewilligung in gemeiner Reichs Verſamlung auffgerichtet und beſchloſſen worden / daß die beſtåndig nicht / dann wiederum durch die Kayſerl. Majeſtåt und gemeine Stånde insgemein/ oder ſo viel es die Gelegenheit erleiden mag / den ordentlichen Weg der Viſitation gemeldten Cammer=Gerichts / oder aber ſonſt / mit den andern fürgewandten Beſchwerungen möge geåndert und erlediget werden. Da dann die Königl. Majeſtåt ſamt der Churfürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten / und der Abweſenden Bottſchafften erbötig und willig ſeyn/alle mögliche Förderung zu erzeigen/damit in Religions=Sachen kein Theil ſich des Uberſtimmens vor dem andern zu befahren/ auch Partheyligkeit verhütet/und die Verwandten der Augſpurgiſchen Confeſſion am Kayſerlichen Cammer=Gerichte nicht außgelaſſen/ auch andere Beſchwerungen/ wo einige befunden würden / der Billigkeit nach/ abgewendet / und dieſes auff nechſten Reichstag gehandelt werde. Es wollen auch die Königl. Majeſtåt / ſamt der Churfürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten / und der abweſenden Bottſchafften / bey der Kayſerl. Majeſtåt freundlich und unterthånig anſuchen und bitten/ daß Ihro Kayſerl. Majeſtåt die nothwendigſten Puncten / und darunter den Articul die Præſentation belangend / und daß die Verwandten der Augſpurgiſchen Confeſſion am Kayſerl. Cammer=Gericht/ wie oblaut/ nicht außgelaſſen werden/ auß Vollkommenheit Ihro Kayſ. Majeſtåt Gewalts/ zu Beforderung und Erhaltung Friedens und Einigkeit im Reich alſobald immer möglich/erledigen wollen. Structura Verſionis Latinæ hæc eſt:
„Ad Suffragiorum autem & Juſtitiæ æqualitatem,
„tum & Præſentationem Aſſeſſorum, aliorumque
„Articulorum Pacis & Juſtitiæ conſervandæ quod
„attinet,deliberatum eſt, ſi quid grave Meditatione,
(2.) Ut tamen Imperator oſtenderet animum conſervandæ Libertatis Germanicæ cupidum, obligat ſe in hac Transactione Gravamini communi de præſenti remedium adferre, ut Concilium videlicet Aulicum ex Germanorum Gente, veſtiatur, utque Ipſorum negotia in Lingua vernacula expediantur.

(3.) Obligaverat ſe dudum ante Transactionem Paſſavienſem ſub initium Imperii Anno MDXIX. in Capitulatione Artic. XIII. XIV. ad formandum Judicium aliaque Miniſteria Aulica ex Gente Germanorum & expedienda Germanorum negotia in Lingua vernacula aut Latina, prout in Obſervatis, ad Procœmii §. 1. num. 13. deduxi.

(4.) Quum verò Ipſe Pactis non ſtetiſſet, repetita eſt Obligatio in hoc Transactionis Articulo provocabant ad hunc Articulum Electores, cæterique Status Imperii in Tractatibus Pacis Religionis Anno MDLV. Menſe Septembri, utque Imperator Transactioni in abolendis Gravaminibus ſatisfaceret, ſcripto ſequenti enixe inſtabant: Als auch auff gehaltenem Tage zu Paſſau / etliche gemeine / auch ſonderbahre Beſchwerungen des Reichs Teutſcher Nation / wider das Herkomen, Freyheit und Wohlfarth derſelben eingeführet / zu Erinnerung geſtellt / und in dem Vertrag zu Paſſau auffgericht / unter andern verfaſt und begriffen / daß angeregte Beſchwerungen zu nechſtfolgendem Reichs-Tag / oder einer andern Reichs-Verſammlung ſolten erledigt und abgehandelt werden; So haben der Churfürſten Verordnete und Räthe / die erſcheinende Fürſten / Stände und Bottſchafften / dieſelbig verzeichnete Beſchwerung zu beſichtigen / und zu bewegen / auch unter Hand genommen / und dieweil ſie in ſolcher Beratſchlagung befunden / daß deren etliche durch die Conſtitutiones / von Frieden / und Religion / und Profan-Sachen / auch Reformation des Cammer-Gerichts-Ordnung / und anderm / ſo in jetzt-währenden Reichs-Tage auffgerichtet werden ſollen / ihre Erledigung gewinnen mögen / und dann die Röm. Kayſerl. Majeſtät ſich allergnädigſt erbotten / Ihrer Majeſtät Hoff-Rath / ſo des Heiligen Reichs und der Stände gemeine

meine und ſonderbare Sachen zu berathſchlagen und zu erledigen alſo ſtattlich mit Teutſchen Räthen zu beſetzen / durch welche die Teutſche Sachen dergeſtalt gehandelt werden / daß darob männiglich ein billich Begnügen haben / und tragen mögen; So verhoffen die Stände und Bottſchafften / die Kayſerliche Majeſtät werden ſolchem ihrem beſchehenen Erbieten / allergnadigſt auß vätterlichem Gemüth / unverlangt nachſetzen und ſolche Verſehung thun / daß ſich die Stände und Unterthanen des Reichs / deſſen in Unterthänigkeit zu bedancken haben; Und damit dieſe allergnädigſte Verſehung ſo vielmehr gebührliche Würcklichkeit erlangen / auch die Stände und Unterthanen des Heiligen Reichs / in ihren obligenden Sachen / deren deſto fruchtbarlicher hinfüro erfreuet werden mögen; So gelangt an die Königliche Majeſtät der Stände und Bottſchafften / allerunterthänigſte gehorſamſte Bitte / Ihre Majeſtät wollen den Ständen zu Gnaden und Gutem fürter bey der Kayſerlichen Majeſtät ſolche freundliche und brüderliche Beförderung anwenden / auch die Sachen dahin richten / daß die Kayſerliche Majeſtät ihren Hoffrath mit Teutſchen erfahrnen / geſchickten / redlichen und tüglichen Perſonen beſetzen und erhalten / denen auch ein anſehnlichen Teutſchen Præſidenten / durch welchen der Stände und Unterthanen / auch Gemeine des Heiligen Reichs Obliegen und Sachen / jedesmahls Ihrer Majeſtät nach Nothdurfft anbracht / referirt / erledigt / auch die Beſcheid und Decreta, den Anſuchenden fürderlich gegeben / und dann der Taxt halben / ſolche moderation und Mäſſigung angeſtellt werde / darab männiglich ein billiches Begnügen tragen / und wider alt Herkommen nicht beſchweret werden; Und wiewohl die Stände / Bottſchafften und Geſandten / der unterthänigſten Hoffnung / die Kayſerliche Majeſtät werde ihrem allergnädigſtem milden / und vätterlichem Erbieten / auch bißhero allergnädigſten erzeigten Willen / zu Erhaltung der wohlhergebrachten Teutſchen Nation, Libertät und Freyheit / auch derſelbigen Wohlfarth / Sicherheit und Ruhe / zu befördern mit allem gnädigſten Fleiß anhangen und nachſetzen / auch für ſich ſelbſt ein ſolch vätterliches Nachdencken haben / wie allen und jeden Beſchwerden / ſo nachmahls den Ständen und Unterthanen fürſtehen / oder obliegen möchten / abzuhelffen. So langt doch abermahls an die Königliche Majeſtät der Stände und Bottſchafften allerunterthänigſt gehorſamſte Bitte / Ihr. Majeſtät wollen den Ständen zu Gnaden / unbeſchweret ſeyn / die Kayſerl. Majeſtät freundlich und brüderlich zu erinnern / ein ſolch allergnädigſt Einſehens und Auffmerckens zu haben / daß das jenige / ſo zu Paſſau gemeiner auch ſonderer Stände halben / geandet und fürgebracht / allergnädigſt und vätterlich dahin bewogen / erledigt / und gericht werde / damit das Heilige Reich / auch Churfürſten / Fürſten und andere deſſelbigen Stände / bey ihrem habenden gebührenden Haaben und Gütern / Rechten und Herkommen / alles vermög der Gülden Bull / Capitulationen / Regalien und Freyheiten / unverhindert / ruhig und ungeirret / auch darwider / und jetzige Friedſtände / in Religion und Profan-Sachen / in alle Wege unbeſchwert bleiben / und gehandhabt werde. Das werden um die Kön. Majeſtät die Churfürſten / Fürſten und Stände in unterthänigſtem Gehorſam zu verdienen gefliſſen ſeyn. Dieſes wolten der Königl. Majeſtät die Stände und Bottſchafften dießmahls für ihr Bedencken über den Articel des Paſſauiſchen Vertrags / die Gravamina betreffend / in Unterthänigkeit vermeldten / gehorſamlich bittend / ſolches zu Gnaden anzunehmen / und ſich gnädiglich darüber zu erweiſen.

(5.) Pollicebatur Rex Romanorum Ferdinandus in Reſolutione D. XV. Septembr. Ejusdem Anni MDLV. ſe omnibus modis allaboraturum, ut Imperator Gravamina tollat; Die Römiſche zu Hungarn und Böheim Königl. Majeſtät etc. Unſer allergnädigſter Herr / hat der Churfürſten Räthe / erſcheinenden Fürſten und Stände / und der Abweſenden Geſandten und Bottſchafften übergeben ſchrifftlich Bedencken / belangend / die hievor zu Paſſau eingekommen / und laut des daſelbſt ergangenen Abſchieds hieher verſchobenen Gravamina gnädiglich angehört und vernommen. Und nachdem Sie die Stände in ſolchem ihrem Bedencken Ihre Majeſtät unterthäniglich bittend / bey der Röm. Kayſerl. Majeſtät / unſerm auch allergnädigſten Herren / freundliche und brüderliche Beförderung anzuwenden / auch die Sachen dahin zu richten / daß Ihro Römiſche Kayſerliche Majeſtät Ihren Hoff-Rath mit Teutſchen erfahrnen / geſchickten / redlichen und tauglichen Perſonen / beſetzen und erhalten / denen auch einen anſehnlichen Teutſchen Præſidenten fürſtellen wolten / durch welchen der Stände und Unterthanen / auch Gemeine des Heiligen Reichs Obliegen / und Sachen jedesmahls Ihr. Kayſerlichen Majeſtät nach Nothdurfft anbracht / referirt / erledigt und die Beſcheid und Decreta den Anſuchenden fürderlich gegeben / und dann der Tax halben / ſolche moderation und Mäſſigung angeſtellt werde / damit männiglich ein billiches Begnügen tragen / und wider alt Herkommen nicht beſchwert werde / daß auch dasjenige / ſo zu Paſſau gemeiner / und auch ſonderbarer Stände halben geandet / und fürbracht gnädigſt und vätterlich dahin bewogen / erlediget und gericht werde / damit das Heilige Reich / auch Churfürſten / Fürſten und andere deſſelben Stände / bey ihren habenden Libertäten / Rechten und Herkommen / vermög der Gülden Bull / Capitulationen / Regalien / und Freyheiten / unverhindert / ruhig und unbeſchwerdt bleiben / und gehandhabt werden; So ſeynd Ihro Königl. Majeſtät hierauff gantz gnädiglich geneigt und erbötig / ſolch Ihr der Stände und Bottſchafften Anſuchen und Bitt an hochgedachte Kayſerl. Majeſtät gelangen zu laſſen / und ihrem unterthänigen Suchen und Bitten nach / bey Ihrer Kayſerl. Majeſtät / mit brüderlichem / freundlichem und getreuem Fleiß zu befördern / Ihre Königl. Majeſtät wiſſen auch / die Römiſche Kayſerl. Majeſtät etc. des gnädigen und vätterlichen milden Gemüths / gegen Churfürſten / Fürſten und Ständen des Heiligen Reichs / daß Ihre Kayſerl. Majeſtät für ſich ſelbſt nichts liebers / noch höhers ſuchen und begehren / dann alles dasjenige zu handeln / zu verfügen / und zu verordnen / daß dem Heiligen Reich Teutſcher Nation, und allen deſſelben Ständen / zu Erhaltung ihrer Libertät und Freyheiten / auch ſonſt zu Ehren / Auffnehmen und allem Guten gereichen würde mögen / und ſich in allem alſo Kayſerlich / gnädiglich und vätterlich / zu erweiſen / daß darob männiglich / unterthänig gut Begnügen empfahe und habe / das wolten Ihre

Röm. Königl. Majeſtät den Churfürſtl. Räthen/ erſcheinenden Fürſten und Ständen/ und der Abweſenden Bottſchafften auff offtberührt ihr Bedencken zur Antwort gnädiger Meynung nicht verhalten/ und ſeynd denſelben/ mit Gnaden und Freundſchafft jederzeit wohl geneigt.

(6.) Aſt in Comitiis de Anno MDLV. plurima Gravamina manſerunt in reſiduo.

(7.) Ferdinandus autem ex Rege Romanorum factus Cæſar Anno MDLIX. in Ordinatione Conſilii Aulici conſtituit, ut illud ex ſolis Germanis conſtet. Ibi: So haben Wir biß anhero zu Beforderung und Verrichtung der Juſtitz und Parthey-Sachen unſern Kayſerl. Hoff-Rath erhalten/ welchen Wir auch hinfüro an/ gleicher maſſen erhalten/ und der Nothdurfft nach/ mit noch mehr anſehnlichen/ ehrbaren/ frommen/ geſchickten und gelehrten Perſonen/ auß dem Reich und Unſer Nieder- und Ober-Oeſterreichiſ. Landen erſetzen/ und alle Juſtitz und Partheyen Händel vor berührtem Unſern Hoff-Rath zu erledigen remittiren wollen. Apud Chriſtophor. Lehmann. *in Actis Public. de Pace Religioſâ Libr. I. cap. XXXVII. pag. 147. fac. 2. Edition. Francof. MDCXL.*

(8.) Idem repetitum in Ordinatione Judicii Aulici Imperatoris Matthiæ de Anno MDCXIV. Tit. I. von Erſetzung des Hoffraths und derſelben Function, Abreiſen und Verhaltung/ §. 1. *apud Eundem* Lehmann. *Eodem Tractat. & Libr. cap. XXXVIII. num.* 157. *fac.* 2.

(9.) Aſt de negotiis quoad Linguam Latinam ac Germanicam in Conſilio Aulico expediendis demum in renovatâ Imperatoris Ferdinandi III. Conſilii Aulici Ordinatione Ratisbonenſi MDCLIV. Tit. III. Articulo Vto conſtitutum eſt, Scripta ſolo Germanico aut Latino Idiomate eſſe offerenda, niſi Antigraphum in Linguam Germanicam aut Latinam translatum, ſub Sigillo & Approbatione Magiſtratus ſit adjectum. Dudum enim ab ævo Imperatoris Karoli Vti Articulo, Wir ſollen und wollen XIII. & Articulo dazu in Schrifften XIV. cautum erat, ne quis niſi Germanus in Conſilium Imperatoris Aulicum recipiatur, nec Germanorum negotia aliter quam ſtylo Germanico & Latino expediantur, uti pateſcit ex Capitulatione Ferdinandi I. Artic. XII. & XIII. Maximiliani II. Artic. VIII. Rudolphi II. Artic. XII. XIII. Matthiæ Artic. XIII. XIV. Ferdinandi II. Artic. XI. XII. Id quod ſpoponderat Ferdinandus III. Artic. XV. XVI. Quod & ſubſequentes Reges ac Imperatores receperunt, Ferdinandus IV. Artic. XLI. XLII. Sacratiſſimus Imperator, Divus Leopoldus, Glorioſiſſimæ Recordationis, Artic. XL. & XLIII. ac Sacratiſſimus Imperator Modernus JOSEPHUS Artic. XIV. & XLII. Id quod in Praxi nunc cuſtodiri aliquot Documentis probabimus. Ita decretum eſt in Linguâ Germanicâ, Die Martis, XI. Decembris, Anno MDCLXXXV. E. J. contra B. und R. der Stadt S. in puncto debiti, ſive gedachter E. per J. A. L. de rato & mandato caventem ſub præſentato 7. hujus exponit: Was maſſen er bey obgemeldter Stadt S. zwey Capitalia, ſo weyland ſeiner Mutter von auch weyland ihrem Vatter erblich angetheilt und folgends auf Jhn als Heredem devolviret worden/ und zwar eines ſub A. von N. Gülden/ das andre ſub B. von N. Gülden/ zuſammen N. Gülden ſtehen hätte/ nun aber von dem einen ad N. Gülden die Penſiones ihm von Anno 1665. von dem andern aber von 1669. plus minus annoch unbezahlt zurück ſtünden/ gehorſamſt bittend/ auß angeführten Urſachen mehrbeldter Stadt S. durch ein allergnädigſtes Mandatum ſine clauſulâ unà cum citatione ſolitâ nicht allein der zurückſtändigen Zinſen von obbeſagten N. Gülden völlige Abführung/ ſondern auch/ daß ſie mit ſolcher Entrichtung alle und jede Jahre künfftig biß zu Einlöſung des Kauff-Brieffes ohne einigen Außſatz zuhalten ſolte/ allergnädigſt und ſub certâ pœnâ ernſtlich anzubefehlen/ in duplo. Fiat petitum mandatum de non ſolvendo Penſiones præteritas & futuras ſine clauſula, cum Citatione ſolita & pœna quinque Marcarum auri. Itidem die Mercurii 1. Octobr. Anno MDCLXXXVII. Von R. und S. contra die F. von D. in puncto mandati de ſolvendo vel immiſſorialis, ſive Implorantiſcher Anwald C. O. G. de rato & mandato cavens, ſub præſentato 23. Septembris exponit: Welcher geſtalt weiland die drey Gebrüdere F. D. W. H. und J. C. von W. G. von D. dem auch weiland N. G. von N. Kayſerl. und L. M. G. N. und reſpectivè C. in Anno 1643. den 10. Auguſti N. Ducaten in ſpecie ſchuldig worden/ und dabey verſprochen hätten/ ſolche inner Jahresfriſt mit gebührenden richtig wiederum abtragen: Ob nun zwar weiland ermeldter C. ſowohl als deſſen nachgelaſſene Erben/ ſeine Principalen/ benantlich A. E. von R. und D. J. A. S. E. M. H. und R. und L. P. in Ehevoigts Namen ſeiner Ehe-Conſortin A. C. E. mehrgedachten C. Enckels die beſagte Debitores ſowohl als deren nachgelaſſene Erben/ benantlich dem F. E. von D. Dom-Probſten zu W. und des C. K. C. G. zu S. P. als weiland obberührten J. von D. nachgelaſſener einziger Tochter geweſener Ehe-Conſort, ſo dann die Gebrüdere F. D. und E. F. von D. E. M. reſpectivè geheime und Räthe/ auch V. zu M. und A. zu A. weiland obgedachten F. D. von D. nachgelaſſene Söhne/ zumahl der dritte Debitor, weiland W. H. v. D. geiſtlichen Standes verſtorben/ und deſſen Verlaſſenſchafft denen andern Gebrüdern zugewachſen/ wegen Abtragung ſothanen Capitals und Intereſſe immerfort/ auch durch einen Kayſerlichen Notarium erinnert hätten/ ſo ſey jedoch auſſerhalb eines Intereſſe von Anno 1643. biß 1644. entrichtet worden/ die allergeringſte Bezahlung am Capital noch Intereſſe biß hieher nicht erfolget/ mit allergehorſamſter Bitte/ wider die Beklagte auß angeführten Urſachen Mandatum de ſolvendo vel immiſſoriale S. C. gehorſamſt gebetener maſſen allergnädigſt zu erkennen. Includatur den Beklagten/ mit Befehl/ daß ſie Supplicanten inner Zeit zweyer Monathen billige Zahlung thun ſollen/ damit nicht nöthig ſey/ mit dem gebetenen Mandato immiſſoriali auff ferners Anruffen zu willfahren. Porro die Martis, D. XXVI. Auguſti, eodem Anno MDCLXXXVII. Von H. weiland Gr. S. hinterbliebene Frau Witwe S. A. P. bey R. contra J. F. W. J. und J. L. Gebrüdere/ G. von H. N. ſive Implorantiſcher Anwald J. A. D. de rato & mandato cavens, ſub præſentato 8. hujus, exponit: Was maſſen weiland obermeldter Gr. S. per teſtamentum ſie Frau Principalin/ zur Univerſal-Erbin aller ſeiner Allodial-Verlaſſenſchafft benennet und eingeſetzet/ die auch hievor von den nächſten Collateral-Verwandten agnoſciret und erkennet/ hierinnen aber/ ſo viel ſie noch zur Zeit wüſte/ ihr nur von dem älteſten Bruder J. F. zu H. De.

Diſſ-

Difficultät gemacht / und ohne Grund obmoviret worden / ob die verſchiedene Capitalia, ſo weiland der itzigen Gr. von H. Vatter und andern Vorfahren angeleget worden / nicht mit unter die Allodial-Verlaſſenſchafft / ſondern zum Erb-Einigungs und Fidei commiſs-Guth gehöreten / womit ſeine Frau Principalin nichts zu thun hätte / da doch das Werck an ſich ſelbſten weit anders beſchaffen / und die Præſumtion pro qualitate Allodiali jederzeit militirte / und kein Fideicommiſs bey denen außſtehenden Schulden und Capitalien jemahls erwieſen werden könne / mit Bitte / an obbeſagte Beklagte Gebrüdere gehorſamſt begehrter maſſen allergnädigſt zu reſcribiren. Appon. Beylagen A. & B. in duplo. Idem D. ſub præſentato 18. hujus urget reſolutionem. Communicetur denen drey Gebrüdern Gr. von H. N. um reſpectivè mit ihrer Nothdurfft und Erklärung ſub termino duorum menſium einzukommen. Quoad Idioma Latinum in Excellſſimo Judicio Cæſareo Aulico, ex Concluſis perſpicitur ſequentibus: Ita decretum eſt, die Martis, XIV. Maji, MDCLXXX. Aulæ, Bibulæ & Montis Vallis Feuda Imperialia, in puncto alienationis, ſive Sereniſſimi Magni Hetruriæ Ducis Ablegatus, Marchio Petrus Antonius de Geriniis ſub præſentato XXV. April. exponit: Quemadmodum Feuda hæc ſtent in contractu alienationis inter dictum Magnum Ducem & modernum Eorum Poſſeſſorem, adeò ut Inſtrumentum obligatorium de emendo & vendendo interceſſerit, ſupplicando, ut quæ hac in parte forte exhibebuntur, niſi communicentur, nihilque ſe inaudito, deſuper ſtatuatur. In eadem Marchiones Johannes Baptiſta & Octavius Centurioni, per Mandatarium ſuum vigore adjacentis Procuræ ſub A. M. J. N. ſub præſentato VI. hujus tanquam Agnati ex Primogenitura ad Succeſſionem horum Feudorum vocati, exponunt: Se ſcire, quòd tractetur à Moderno Eorum Poſſeſſore, Cæcilio Franciſco Centuriono Marchione Steppæ, de venditione, alienatione vel oppignoratione Eorum, in Primogenituræ deſuper inſtitutæ præjudicium. Et proinde proteſtantur, opponunt & reſervant ſibi quævis contra ejusmodi alienationem ſeu Contractum remedia: Et verò quum eadem alienatio in Sereniſſimum Magnum Hetruriæ Ducem videatur facienda, ſicque cauſſa difficilior reddi poſſet; ſupplicant inſuper, ut ſi Aſſenſus Cæſareus deſuper petatur, is tanquam in Præjudicium Primogenituræ & Agnatorum tendens denegetur, contractus annulletur, isque etiam in futurum ſupradicto, Marchioni Cæcilio Franciſco inhibeatur, de Eoque per Ablegatum Hetruſcum hic ſubſiſtentem Magno Duci intimetur cum dehortatione, ne ſe dictis Feudis immiſceat. (1) Ponatur Exhibitum Marchionis Gerini ad Acta. (2) Communicetur humillima proteſtatio & reſervatio Marchionum Johannis Baptiſtæ & Octavii Centurionorum, Franciſco Cæcilio Centuriono, Marchioni Steppæ, ſub termino duorum Menſium, ut deſuper informet, & ſi res ita ſe habeat, ab omni alienatione & oppignoratione Feudorum, ſub pœna indignationis Cæſareæ, penitus interim abſtineat. Die Martis, XII. Januar. MDCLXXXIII. Aulæ, Bibulæ & Montis Vallis Feuda Imperialia; Centurioni Agnati contra Franciſcum Cæcilium Centurionum, Marchionem Steppæ, & Magnum Hetruriæ Ducem, in puncto petiti aſſenſus ad alienandum; Sive Agnatorum Mandatarius N. ſub præſentato VII. hujus ſupplicat, ut cum D. XXIII. Decemb. nuperi Sacræ Cæſareæ Majeſtati facta fuerit Relatio, eadem clementiſſimè dignetur jubere quo Reſolutio ſua cæſarea juxta obſervatam hucusque conſuetudinem publicetur. Renovetur commiſſio antehac data Duci Maſſæ in conformitate Reſolutionis Cæſareæ quâ Executioni mandatâ publicetur ſententia, & expediantur cætera, quæ ſua Majeſtas decrevit. Die Martis, D. XXVI. Januarii, MDCLXXXIII. A. B. & M. J. Feuda Imperialia; Centurioni Agnati contra Cæcilium Franciſcum Centurionum, Marchionem Steppæ, nec non Magnum Hetruriæ Ducem in puncto petiti aſſenſus Cæſarei ad alienandum; Sive dictorum Agnatorum totiusque Centurionæ Domus, nomine Johannes Baptiſta & Octavius Centurioni, ſub præſentatis XIV. & XXI. hujus, exhibente M. J. N. ſupplicant ex deductis cauſſis, ut ſententia, quam jam tum conceptam præſumant, quam primum publicetur, offerendo ſe, curaturos, ut, deciſa tandem cauſſa remotaque ſuſpicione, Præſidium Aulæ ad octo gregarios & unum cuſtodem reducatur. Fiat Votum ad Cæſarem. Die Martis, D. XVI. Febr. eodem Anno A. B. & M. V. Feuda Imperialia; in puncto aſſenſus Cæſarei ad alienandum; Sive Joh. Baptiſtæ & Octavii Marchionum Centurionorum Mandatarius N. ſub Præſentato heſterno ſupplicat, ut ſibi, quid hac in cauſſa reſolutum ſit, notum fiat. Dicatur Supplicanti (1) Reſcriptum eſſe, ut Præſidium modo in Arce Aulæ exiſtens dimittat, & officialem cum octo gregariis, quos Dominus Dux Maſſæ conſtitueret & Sacræ Cæſareæ Majeſtati juramento obſtringeret, Nomine Cæſareo in Arcem recipiat, eoque facto ſententiam in Conſilio Imperiali Aulico latam in loco ſtatim publicet, & Executioni mandet reliqua, quæ Sua Majeſtas Cæſarea reſolvit. (2) Renovatam eſſe Commiſſionem in Dominum Ducem Maſſæ, juxta tenorem prædictum & Reſolutionem Cæſaream, cum incluſione ſententiæ & Reſcripti Cæſarei, ut illam præfato modo publicari, hoc verò Philippo Centuriono inſinuari curet. Franciſcus Winandus Bertram.

Artic. XIII.

De Propoſitione Regis Galliæ Franciſci I. quoad capita Pacis pangendæ, utpote inutilis, rejecta. Deque Prætenſionibus Ejus ergâ Cæſarem ab Electore Saxoniæ, juxta diſpoſitionem Receſſus Lincenſis, à Rege aut Ejus Oratore explorandis atque Cæſarem referendis.

TENOR TRANSACTIONIS.

Ferner / als auff dem Articul / den König von Franckreich berührend / auß ſeiner Oratoren gethanen Werbung / vermercket / daß darinn etliche Mittel und Puncten / des gemeinen Friedens Teutſcher Nation / allein die Römiſche Kayſerliche Majeſtät Uns / auch Churfürſten / Fürſten und Stände des Heil. Reichs und ſonſten niemands belangend / auch dieſe gegenwärtige Verſamlung / gleich eben von wegen Beförderung und Erhaltung gemeines Fredens / auch Erledigung der fürſtehenden angezogenen Beſchwerden fürgenommen / ſo wird derhalben einiger andern Handlung

vor unnöthig geachtet. Was aber des Königs von Franckreich privat-Sachen betrifft/ mag der Churfürſt zu Sachſen/vermöge des Lintziſchen Abſcheids/von gedachtem König/ oder ſeinem Oratore, wo das hiervor nicht geſchehen/ noch nahlen vornehmen/ was berührter König von wegen ſeiner privat-Sachen an die Kayſ. Majeſtät zu ſprechen/ zu begehren oder zu fordern/ und dieſelben Begehr- und Forderungen alsdann Uns ſtellen/ damit die fürter durch Uns an die Kayſerliche Majeſtät gelangen/ und ſie ſich ferner darauff ihres Gemüths und Willens erklären möchte. *Verſio Latina ita ſe habet:* „ Porro ad Articulum Regis Franciæ Ora-
„torum veniendo, media quædam ac puncta Pacis
„publicæ conſtituendæ, aliorumque negotiorum
„quorundam prætendentium, ita ſe habet, ut quum
„quæ publicæ ſunt Pacis in Germanica Natione, ſo-
„lummodò Imperatoriam Majeſtatem Nos, & Ele-
„ctores, Principes ac Status Sacri Imperii nemi-
„nemque præterea concernant, & jam iſti conten-
„tus harummet Rerum, utpote Publicæ Pacis ſan-
„ciendæ aliorumque Gravaminum amovendorum
„cauſſa ſit inſtitutus, idcirco nulla jam alia tracta-
„tione fore opus exiſtimatur. Atqui verò privata
„Regis Franciæ Negotia quod ſpectat, Elector Sa-
„xonicus, vigore Linſenſis Decreti ſeu Receſſus
„cum dicto Rege aut ſuis Oratoribus, ſi id nec dum
„factum eſt, dein tractare poterit; Si quid idem
„Rex forte privatarum cauſſarum adverſus Cæſa-
„ream Majeſtatem prætendit, poterit, & iisdem a-
„ctiones ſeu poſtulationes exhibere, cæſareæ Maje-
„ſtati porrò per Nos transmittendas, Se Suamque
„Voluntatem deſuper declaraturi.

BREVIARIUM.

(1) Elector Saxoniæ Mauritius ab Imperatore Karolo V. dejecto Johanne Friderico, ad Imperium evectus ad liberandum hunc & Socerum Philippum Landgravium adſcitis Ipſius Filio, & Marchione Brandenburgico Alberto fœdus cum Rege Galliæ Henrico II. contrahit arctiſſimum. (2) Rex Galliæ, nominando Se vindicem Libertatis & Principum captivorum, denunciat Cæſari cauſſam Fœderis contracti, & in penitiores Germaniæ limites ducit exercitum. (3) Elector Saxoniæ & Marchio Brandenburgenſis cauſſas inſtituti Belli juſtificantes ſcriptis peculiaribus oſtendunt. (4) Cæſar ab Electore Saxoniæ Ejusque Fœderatis ad anguſtiam redactus hortatur Principes Imperii, ut de bello ſopiendo & Pacem ineundo vel maximè cogitent, nec ipſum in hoc negotio defuturum. (5) Principes demonſtrant Cæſari Gallorum vim & deſolationem multorum Germaniæ Locorum. (6) In conventu Wormatienſi decernitur, Regem Galliæ per Legatos demulcere, ut ab armis deſiſtat, miſeroſque Germaniæ incolas, præſertim Argentorenſes à vexis militum crudelibus liberet, pacem conciliet, inſimulque Fœdus à Principibus ab Ipſo poſtulatum, utpote Fidei Cæſari præſtitæ, adverſum. (7) Rex Romanorum Ferdinandus, Cæſari de Succeſſione Filii in Imperio molienti clanculum inimicus, cum Electore Saxoniæ Lincii in oppido Auſtriæ congreditur, & de Tractatibus Pacis conſultat. (8) Elector Mauritius ad Regem Galliæ, quid Lincii per Ferdinandum Fratrem cum Electore Saxoniæ de Pace concludenda actum ſit, perſcribit, & exquirit à Rege, quem Paci includendum exoptet, quibus conditionibus tum Cæſare paciſcendum. (9) Legatos Principum Rex dimittit, & Germaniam linquit. (10) Elector Mauritius cum Legato Gallico Fraxineo Paſſavium intrat, ubi Principes Imperii erant congregati. (11) Propoſitio Legati Gallici ad Principes. (12) Electoris Saxoniæ enixa in Tractatibus voluntas, ut includeretur Galliæ Rex. (13) Diſſenſus cæterorum Electorum ac Principum de non includendo Galliæ Rege Paci, nec conventionibus ſpecialibus cum ipſo ineundis. (14) De controverſiis Galliæ Regis cum Cæſare ſpecialibus ab Electore Saxoniæ, juxta promiſſum Lincenſe explorandis & ad Cæſarem referendis. (15) Legatus Faxinius ex Germania abit, & in Galliam revertitur. (16) Rex Galliæ Obſides in Germaniam remittit. (17) Galli perfidiæ accuſant Germanos. (18) Autor Electorem Saxoniæ Mauritium, quem Galli perfidiæ Licentiatum, & Marchionem Doctorem nominabant, cæterosque Imperii Principes excuſat, & Bodinum taxat.

OBSERVATA.

(1.)

Quum Imperator Karolus V. nec precibus, nec admonitionibus Electoris Saxoniæ Mauritii ac Landgravii Philippi Uxoris ac Liberorum, aliorumque Imperii Statuum Proteſtantium adduci poſſet, ut reſpectivè patrem, ſocerum & Agnatum Electorem, deſtitutum Ducem Johannem Fridericum & dictum Landgravium è cuſtodia dimitteret, nulla habitâ ratione quòd Cæſar, ob officia in Bello Smalkaldico præſtita, Ipſum ad Electoratum evexerat, aſſociatis Marchione Brandenburgenſi Alberto, & Philippo Juniore captivi Landgravii Filio, Fœdus contrahebat Chamborti cum Galliæ Rege Henrico II. per Legatum Fraxineum Epiſcopum Bajonenſem, in cujus Articul. XXII. cautum erat:
„Ne quis Fœderatorum cum Karolo V. Imperato-
„re, Ejusque Sociis pangat Pacem niſi omnes aſſen-
„tiant Fœderati. Quod ſi quis Fœderatorum Gra-
„tiam aut Pacem cum Imperatore inierit, hunc ve-
„luti perfidiæ ſcelere exſecrabilem, exercitu ſpe-
„ctante, nudari ac verberibus cæſum necandum eſ-
„ſe datis obſidibus Chriſtophoro, Duce Megapo-
„litano & dicto Landgravio Juniore.

(2.) Ad hæc Rex Galliæ in penitiores Germaniæ limites ducit Exercitum, & ſe Vindicem Libertatis & Principum captivorum nominat denunciatis Cæſari cauſſis contracti Fœderis.

(3.) Elector quoque Saxoniæ & Marchio Brandenburgenſis ſcriptis ſingularibus cauſſas inſtituti Belli juſtificantes oſtendunt. Vid. Johann. Sleidan.

Sleidan. *Libr. Hiſtoriar. XXIV. pag.* 695. *uſq. ad pag.* 701.

(4.) Cæſar ab Electore Mauritio & Fæderatis ad anguſtias redactus præcipuos Imperii Principes hortatur, darent operam ut incendium Belli reſtingueretur, & Pacis inirentur rationes nec Ipſum eſſe defuturum.

(5.) Quumque nonnulli Germaniæ Principum Cæſari demonſtrarent, quòd contra vim nihil efficere poſſent, & à Gallis multa in Germania Loca deſolata viderentur.

(6.) Convenerunt Wormatiæ Electores Moguntinenſis, Trevirenſis, Palatinus, Dux Clivenſis, & Würtenbergenſis. Hi per Legatos à Rege Galliæ contendunt, ut ab agrorum vaſtatione abſtineat, & miſeriæ multitudinis parcat, &, quandoquidem Libertatis Germaniæ gratiâ ſe belli gerere profiteatur, exercitum ſiſtat. Quod ſi procedatur ulterius, fore id cum maximo Imperii detrimento, Paci itaque animum adjiciat; Et hujus quoque mentionem Dominos ſuos apud Cæſarem feciſſe, & adhuc facturos, ac ſe de hâc quidem bene ſperare velle; Quoad Fœdus quod Rex cum Statibus Imperii ineundum poſtularet, Cæſarem contendere ut honoris ſui & exiſtimationis haberetur ratio, Dominos ſuos pro fide, quâ Imperio devincti, fœdus præſtare haut poſſe, omnem autem operam navaturos eſſe ut Publica pax conſtituatur, inſuper ſe obſecrare plurimùm, ut Argentinenſium finibus parcat Rex, utpote Imperii Civitatis Liberæ, utque Interpoſitione Regis Marchio Brandenburgicus Albertus Epiſcopum Würtenbergicum tractet humanius.

(7.) Inter hæc Ferdinandus Romanorum Rex, qui Proteſtantium cauſſæ ideo benè cupiebat, & Gratiam Eorum aucupabatur, quod occulta inter Ipſum & Cæſarem intercederent diſſidia, quia Cæſar Filii Philippi Succeſſionem in Imperio oppidò moliebatur, vid. Joh. Sleidan. *Libr. Hiſt. XXII. pag.* 638. cum Electore Saxoniæ interea convenerat Lincii in Auſtriæ Oppido, acturi de Landgravio Socero liberando, de Religionis atque Doctrinæ componendæ diſſidio, de rectè conſtituendâ Republicâ, de Pace cum Galliæ Rege, Socio ac Fœderato, faciendâ, de Proſcriptis in Gratiam recipiendis.

(8.) Ad idem ergo tempus, quo Legati dictorum Electorum ac Principum apud Galliæ Regem aderant, perſcribebat Elector Mauritius ad Ipſum, quid Lincii actum eſſet, utque Rex, quem Ipſe quoque in Pace complectendum vellet, explicaret, quibus Conditionibus cum Cæſare paciſcendum eſſet.

(9.) Accidit hæc Relatio Regi præter ſpem ac opinionem Legatis autem reſpondet, „Se conſequutum jam eſſe, cujus gratia veniſſet in Germaniam, Principes à captivitate exemturus, Cauſſam „hanc fuiſſe Belli. Satis itaque gloriæ ſibi partum „eſſe, quod ſi deinceps ullum tempus incidat, quo „ſuam operam Germania requirat, nulli ſe vel labo„ri vel ſumtui vel periculo parciturum; Et nunc „quidem, reductis copiis, domum ſe redire, præſer„tim quum Galliam invaſerint, hoſtes; Quod ad „miſerorum hominum querimonias attinet, dolere „ſibi non mediocriter, ſed nullam poſſe tantam eſſe „ullo in exercitu diſciplinam, ut non aliquid detri„menti ſecum adferat, licentia militaris; Ab Se ve„rò diligentiſſimè caveri, ut & quàm minimùm „damni detur, & flagitia ſeveriſſimè puniantur; „De Cæſare, deque Pace quod ſcribant, omnino Se „hoc ab ipſis exſpectare, ſuo jam labore, ſtudio at„que virtute reſpiraſſe Germaniam ab illis ærumnis „quibus oppreſſa jacebat, ipſis autem eſſe providendum inprimis, ne reſtitutam operâ ſua liberta„tem, turpiter amittant; De Argentinenſibus quod „petant, non ſe poſſe ipſis denegare, tametſi, quo „tempore cum Exercitu erat ad ipſorum fines, ma„gna fuerit militum ejus urbis protervitas in ſuos „& inſolentia. Ad hæc, biduo poſt, Rex, Germania „relicta, Lotharingiam petebat. Vid. Johann. Sleidan. *Libr. Hiſtor. XXIV. pag.* 701. *uſq. ad pag.* 706.

(10.) Quum verò dies condendæ Pacis illuxerit Elector Mauritius cum Legato Gallico-Fraxineo Paſſavium ſe confert, ubi congregati erant Germaniæ Principes.

(11.) „Legatus Galliæ in conſenſu Princi„pum congregatorum multa de Germanorum at„que Gallorum, neceſſitudine perpetuâ orabat „utque fœdere Cambordico cautum, ne cum hoſte „paciſci, niſi de Regis voluntate liceat, porrò Mau„ritium, quamquam eo vinculo teneatur, tamen ut „Patriæ conſulat, & Ferdinando Regi petenti mo„rem gerat a Chriſtianiſſimo Rege petiiſſe nuper, „ut Pacem quomodo ferri poſſit, oſtendat; Id qui„dem ei, præter exſpectationem, nonnihil accidiſſe, „quod, quum ejusmodi ſit Ipſius tanquam magnum „Beneficium, de rebus ad ipſum pertinentibus, non „ex longinquo ſed coram eſſe putaret agendum, ſed „tamen quia ſuis commodis publica longe præfe„rat, non voluiſſe Confœderato Principi quicquam „denegare, proinde ſi Reipublicæ vulnera ſanen„tur, ut oportet, & in poſterum idoneè caveatur, ne „recrudeſcant. Si Principes captivi dimittantur Iis, „quæ ſunt in fœdere perſcriptæ, conditionibus; Ad „hæc ſi vetuſta Galliæ pacta cum Imperio, ſed & „iſtud nuper cum Principibus initum fœdus ita „confirmetur, ut in ſempiternum valeat; Hæc „nempe ſi procurentur, illum erga Rempublicam „ſic animatum eſſe, non modo ut libenter ſit aſſen„ſurus actioni Pacis, verum etiam Deo permagnas „gratias acturus, quod Ipſius in eo conſilium inter„venerit, & adjumentum; Quumque Legatus por„rò, poſt Regem de ſignificandis Pacis conditioni„bus admonitum, reſponſum tuliſſet, Principibus „illud communicat, videlicet non alia de cauſſa „quam ut toti Reipublicæ, cumprimis autem affli„ctæ Germaniæ Libertati conſuleret, Bellum ſuſcepiſſe Regem; Quum id ab eo Principes aliquot diu „multumque flagitaſſent, privatum certè compen„dium ſuum in eo captaſſe nullum, & rem ipſam „hoc teſtari. Nihil enim omninò per Germaniam „occupaſſe, quum id ei non eſſet difficile, Sociis „quoque liberam feciſſe gerendi Belli poteſtatem, „ac licet interea dum ad Rhenum Ipſe cum Co„piis excubaret, domi graſſaretur hoſtis, non tamen „commoviſſe priùs, quam è Mauritio Duce cogno„viſſet, pacatis rationibus ea impetrari poſſe, quo„rum gratia Bellum fuerat ſuſceptum: Eo cognito „non mediocriter lætatum fuiſſe, quum ex animi „voto rem procedere videret; Nam hoc Ejus fuiſ„ſe conſilii primum, ne Principes hanc tam pul„chram occaſionem negligerent, neve ſibi deeſſent „Ipſi, vel verba dari paterentur, ut antea; Deinde „quoniam ſuæ voluntatis & fidei documentum ipſe „daret, ut firma conſtitueretur utriusque Gentis „amicitia, quò videlicet Ipſe poſtea aliis Reipubli„cæ commodis expedite vacare poſſit.

(12.) In Tractatibus Pacis Elector Saxoniæ Mauritius Galliæ Regis rationem eſſe habendam vel maximè contendebat.

(13.) Aſt Electorum Cæteri & Principum multi devaſtationum à Gallica Gente, nuper in Germania peractarum memores, quodque Fœdus non eſſet Imperii, ſed ſingulorum paucorum, reponebant Electori, pacem communem eſſe jam confectam, adeoque neceſſe haut eſſe peculiarem, cum Gallo inire Pactionem, neque conſultum, Eum ad Res Germanicas pertrahere, quippe quod conſtet, quantopere Galli Imperium Germanicum ambiant, Eique inhient, vid. Georg. Sabin. *in Hiſtor. de Election. & Coronation. Karoli V. ti Imperatoris* apud Schardium *Tom. Scriptor. Germanicor. II. fol.* 833. *Edition. Baſilienſ.* MDLXXXIV.

(14.) Quod Lites cum Cæſare privatas attinet, Electorem Saxoniæ in Conventu Licenſi recepiſſe in ſe, quod prætenſiones Galli explorare, & ad Cæſarem referre velit. Verba Receſſus §. ultimo ita ſe habent: Beſchließlichen / wann dem Churfürſten zu Sachſen von dem König von Franckreich einige Vorſchläge oder Mittel / wie Seine Königl. Würde das zwiſchen der Kayſerl. Majeſtät und Ihnie Friede zu machen ſey / achtet / zukommen; So ſoll und will Seine Churfürſtliche Gnaden dieſelbe Ihrer Königl. Majeſtät förder gelangen zu laſſen / und Ihrer Kayſerlichen Majeſtät Willen und Gemüthe darüber zu vernehmen / laut Ihrer Königl. Majeſt. erſten Reſolution-Schrifft. Standum ergo eſſe huic Decreto.

(15.) Legatus ergo Fraxinius, ſemeſtri, poſt fœdus contractum, vix elapſo, in Galliam revertitur.

(16.) Quamvis autem Rex Transactionem hanc ægre ferret; Aſt quum acciperet Landgravio ingens periculum imminere niſi Transactioni ſatisfiat, acquievit, & Obſides in Germaniam remiſit.

(17.) Inſimularunt autem Galli Germanos fidei punicæ, eò quòd in Transactione condenda non præſtiterint, quod ſub pœna infamiæ ac necis, promiſerint, Johannes etenim Bodinus *Libr. V. de Republic. cap. VI. num.* 616. *pap.* 964. *Edition. Francofurt.* 1594. *refert*, Gallos Duces ac Milites, Germaniæ Electorem Mauritium perfidiæ Licentiatum, Marchionem verò Brandenburgicum Doctorem appellâſſe; imò Marchionem acerbiſſima & contumelioſiſſima oratione in Electorem eſſe invectum, Eumque deteſtabilem & Patriæ & Regis & Imperatoris proditorem nominâſſe. Quin & Ipſe Bodinus à Natura omnique humanitate alienum eſſe judicat, in amicitiam redire cum hoſtibus, Sociis repugnantibus, niſi adſint cauſſæ ſonticæ quamobrem Bellum diutius non pertrahendum, etiamſi contradicat Socius.

(18.) Aſt perverſus eſt Bodinus quod hæc ad omnes Germaniæ Principes adplicat, ex quibus duo tantum Marchio videlicet Albertus & Landgravius Haſſiæ Philippus Junior cum Rege contraxerant Fœdus, Elector autem Saxoniæ Mauritius qui partes Regis Galliæ, utpote Fœderati, uti ſuprà deduximus in Tractatibus ſtrenuè ſuſtinuerat, & animos cœterorum Statuum Germanorum, præter opinionem, à Rege Galliæ planè alienatos deprehenderat, adeoque per ipſum non ſteterat, quò minus cum Rege Galliæ ſeparati Tractatus Pacis ſuſciperentur. Electorem, contra Bodinum & Natalem Comitem defendit Petr. Heig. *Part. I. Quæſtion. XI. num.* 13. *uſq. ad num. finalem* 63. *pag.* 158. *uſq. ad pag.* 167. *Edition. Wittebergenſ.* MDCXIX. cui hoc nomine gratias agit Juſtus Springer. *Tractat. de Pac. Religion. §. in transcurſu hoc &c. pag.* 33. *ſeq. Edition. Baſilienſ.* MDCVII.

ARTIC. XIV.

De omnibus ac ſingulis Superioribus ac Inferioribus Imperii Statibus, nominatis & innominatis, occaſione Belli proſcriptis in Gratiam Cæſaris recipiendis, hâc tamen Lege, ne contra Imperatorem aut Imperium militent, &, qui extra Imperium arma gerunt illi, intra ſex hebdomadum ſpatium ea deponant, & intra duos menſes in Germaniam revertantur.

TENOR TRACTATUS.

BElangend diejenigen / ſo verſchienenen Kriegs halben / in der Kayſerl. Majeſtät Acht und Ungnad kommen / und dieſer jetzigen Kriegs-Rüſtung verwand und zugethan ſeyn / haben Wir / ſamt der Churfürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten und der Abweſenden Bottſchafften / bey der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät in aller getreuen / freundlichen und unterthänigen Beforderung / nichts abgehen laſſen / auch letzlich erhalten / daß Graff Albrecht von Mannsfeld ſamt ſeinen Söhnen / der Rheingraff / Graff Chriſtoff von Altenburg / Hanns / Herr von Heideck / Friederich von Reiffenbergk / George von Röckenroth / Sebaſtian Schertle / desgleichen andere / ſo deſſelben Kriegs halben / in Ungnade / und von ihren Landen / Leuten und Gütern kommen / als Hertzog Otto / Heinrich Pfaltzgraff / Fürſt Wolff von Anhalt / desgleichen die Braunſchweigiſche Herren und Junckern / und gemeiniglich alle und jede / andere hohes und niedrigen Standes / benannt und unbenannt / ſo des vergangenen Kriegs halben in Ungnad kommen / und noch ſeyn / und jetzigem Kriege ſich anhängig gemacht / von der Kayſerlichen Majeſtät außgeſöhnet / auß Sorgen gelaſſen / auch wieder zu Gnaden und Hulden auffgenommen werden / auch in krafft dieſes Vertrags außgeſöhnet ſeyn ſollen / doch daß ſie ſich hinfortan gegen der Kayſerl. Majeſtät / Uns / und dem Heiligen Reich gebührlichen ſchuldigen Gehorſams erzeigen und halten / auch wider Ihre Kayſerl. Majeſtät / Uns und das Heilige Reich / nicht dienen ſollen / biß zu Erledigung des Artickels / ſo derowegen den gemeinen Beſchwerungen einverleibt / bey welcher Erledigung es auch folgends bleiben / und darnach gehalten werden ſolle. Daß auch diejenigen / ſo / wie oblaut / außgeſöhnet und begnadet werden / und dieſer Zeit / auſſerhalb des Reichs Teutſcher Nation, in Franckreich oder andern Orten ſeyn / und wider die Kayſerl. Majeſtät dienen / ſich innerhalb ſechs Wochen / den nächſten / nach dato dieſes Vertrags / zu erklären / und gleich von derſelben Zeit an / wider die Kayſerl. Majeſtät und die Stände des Reichs ferner nicht zu dienen / noch ſich gebrauchen zu laſſen / auff folgends auffs längſte / in zweyen Monaten / den nächſten darnach / ſich wieder heraus in Teutſchland zu verfügen ſchuldig / oder dieſer Außſöhnung und Begnadung nicht fähig ſeyn ſollen.

Jungem-

Jungenda ſunt his ſequentia ex §. XVIII. ad Amne-
ſtiam pertinentia: Daß auch die Churfürſten/ Für-
ſten/ Stände und Städte/ ſo dieſer jetzigen Kriegs-
Ubung verwandt/ die ſeynd Feldmarſchallen/ Ritt-
meiſte:/ Oberſten/ Befehlsleute/ oder ſonſt in ge-
mein/ alle Kriegsleuthe/ wie die Namen haben
möchten/ ſamt allen denen/ ſo ihnen darinn/ oder
darunter anhängig/ oder beypflichtig worden/ ho-
hes und niedern Standes benannt und unbenañt/
auß Sorgen gelaſſen/ und wieder zu Gnaden an-
und auffgenommen/ und dieſe vorgenommene
Kriegs-Ubung/ und alles was ſich darinn einiger
Geſtalt verlauffen/ gegen Ihnen/ desgleichen auch
Sie gegen andern/ weder ſamtlich noch ſonderlich/
in- oder auſſerhalb Rechtens/ heimlich oder offen-
bahr/ in Ungnaden oder Argen gedacht/ geandet
oder geöfert werden ſollen/ doch/ daß ſie ſich hinwie-
der gegen die Kayſerliche Majeſtät/ Uns/ und das
Heilige Reich/ gebürlicher- ſchuldiger Gehorſame
erzeigen und halten. Verſio Latina talis eſt:
„Quantum attinet Eos, qui belli præteriti cauſſa,
„Banno & Indignatione Cæſareæ Majeſtatis nexi
„ſunt ac Proſcripti, huic Militiæ juncti, nihil equi-
„dem intermiſimus Ipſi, ſimul cum Electoribus,
„Legatis, præſentibus Principibus, & abſentium
„Nunciis, quò minus fideliſſimè amantiſſimeque &
„humiliter rem hanc promoveremus, tandemque
„impetraremus, ut Albertus Comes à Mansfeld pa-
„riter cum filiis ſuis, Comes item Rheni, Chriſto-
„phorus Comes ab Aldenburg, Johannes Dominus
„à Heideck, Fridericus à Reiffenberg, Georgius à
„Reckenrod, Sebaſtianus à Schertle, &c. aliique
„ejus belli cauſſa indignatione incidentes à terris &
„Comitatibus ſuis bonisque abacti nempe Dux
„Otto Henricus Palatinus, Wolffgangus Princeps
„ab Anhald, item Brunſuicenſes Principes ac No-
„biles, cæterique omnes & ſinguli ſuperiores & in-
„feriores Status, nominati & innominati, ob bel-
„lum præteritum inſimulati, ac eidem dum adhæ-
„rent metu ſolicitudineque liberati, rurſus in Cæſa-
„reæ Majeſtatis gratiam fidemque admitterentur &
„reciperentur, nunc hujus quidem compoſitionis
„vigore reconciliati aſſumuntur; hoc pacto tamen
„conditioneque, ut de cætero Cæſareæ Majeſtati,
„ſacroque Imperio juſtam debitamque præſtent ac
„ſervent obedientiam, neque adverſus Ejus Maje-
„ſtatem, Nos, aut Imperium militent, priusquam
„hic Articulus communibus Gravaminibus infe-
„rendus reſolvatur, cui deinceps transactioni re-
„ſolutionique ſtabitur. Jam & reconciliati, inque
„gratiam recepti, ut ſupra dictum eſt, ac iſto jam
„tempore extra Germanicæ Nationis Imperium in
„Gallia, aliisve locis agentes, & contra Cæſaream
„Majeſtatem militantes intra ſex ſeptimanas proxi-
„mas poſt Datum compoſitionis ſe declarent, mox-
„que ab eo tempore adverſus Imperatoriam Ma-
„jeſtatem, Imperii Status non militent, neque ſe e-
„jusmodi militiæ mancipent, utendove præbeant,
„tum & ad ſummum bimeſtri proximo in Germa-
„niam revertantur, aut hac ipsâ reconciliatione, &
„gratia omninò deſtituantur oportet. Quæ ſe-
„quuntur petita ſunt ob connexitatem Amneſtiæ,
„ex Articul. XVIII.

CONSPECTUS.

(1) NUllum pro condenda atque ſtabilienda Pace medium fortius ac præſtabilius, quam Amneſtia. (2) Autor hoc deducit ex Litteris Circuli Inferioris Saxonici ad Collegium Electorale, & Collegii Civitatum Imperialium in Comitiis.

OBSERVATA.

(1.)

NUllum eſſe pro condenda & ſtabilienda Pace medium fortius atque præſtabilius, quàm Amneſtia, diſertis equidem verbis profitentur Status Circuli inferioris Saxoniæ in Litteris ſuis ad Collegium Electorale D. XXII. Februar. Anno CIↃ IↃ CXXXIX. Ibi: Das Hauptwerck betreffend/ ſo iſt in allen civilibus motibus, und bellis inteſtinis, quoad Subditos & Subjectos unzweiffendlich das allerbeſte und fürtrefflichſte Mittel univerſalis præteritorum oblivio, und daß vorige heilſame Harmonia wie auch das alte unter Churfürſten/ Fürſten und Ständen hergebrachte æquilibrium reduciret/ und ins gemein alles/ ſoviel immer möglich/ in den Stand/ darinnen es geweſen/ hinwieder geſetzet werde. Apud contin. Londorp. *Tom. I. fol.* 701. *fac.* 2.

(2.) Eleganter hoc ex conſuetudine Gentium repræſentavit collegium civitatum Imperialium in Comitiis Ratisbonenſibus D. XV. Januar. Anno CIↃIↃCXLI. hoc modo: Was der Röm. Kayſerl. auch zu Hungarn und Böheim Königlichen Majeſtät/ Unſerm allergnädigſten Herrn/ in puncto Generalis Amneſtiæ allerunterthänigſt einzurathen ſeyn möchte/ daſſelbe haben die Erb- Frey- und Reichs- Städte Rath/ Bottſchafften und Abgeſandten/ auch in ihrem abſonderlichen Rath/ in fernere/ ſorgfältige/ reiffe Deliberation und Berathſchlagung gezogen;· Und gleichwie Sie hiebevor gleichmäſſig deliberirten Puncten per majora dafürgehalten/ daß zu Erlangung innerlichen/ und folgends deſto ehender äuſſerlichen und gäntzlicher Beruhigung des ſo höchſt erbämlich zerritteten H. Röm. Reichs kein heilſamer noch fürtrefflicher Mittel/ als die univerſal extenſion des Beneficii Amneſtiæ & reſtitutionis plenariæ vorſtändig: Alſo ſeynd ſie auch nochmahlen in ſolcher unvorgreifflichen Meinung per Majora dahin begriffen/ daß allerhöchſtgedachte Kayſerliche Majeſtät/ in der geſamten Stände Nahmen beſagte generalis Amneſtia & reſtitutio allerunterthänigſt repræſentiret/ zu allergnädigſter Behertzigung beweglich fürgeſtellet/ und auß folgenden Motiven einrathlich an die Hand gegeben werden möchte/ daß nehmlich fürs (1) die Amneſtia für das beſte und dienlichſte Mittel bey allen und jeden Völckern zu reducirung des allgemeineinen Friedens/ Wiederſtifftung guten Vertrauens/ zumahlen bey entſtandenen und weiteingeriſſenen inteſtinis motibus & contentionibus jederzeit gehalten/ und practicret worden/ wie nicht allein in hiſtoria Græca & Romana dergleichen Exempla memorabilia Amneſtiæ univerſalis in groſſer Anzahl zu befinden/ ſondern auch die Imperatores in Imperio Romano-Germanico bey begebenen Fällen/ ſonderlich Rudolphus I. Ludovicus Bavarus, Carolus V. Ferdinandus I. allerglorwürdigſten Andenckens/ und anderer nicht weniger mit ihrem unſterblichen Lob und Nach-Ruhm/ als mit des Heiligen Röm. Reichs Nutz/ Wohlfahrt und Auffnehmen für das beſte medium befunden und gebraucht haben.

ARTIC. XV.

De Reſtitutione Bonorum, durante Bello, ſtatibus quibusdam ereptorum & Privilegiis ac Immunitatibus Civitatum Imperialium ſartis tectisque conſervandis.

TENOR TRANSACTIONIS.

UNd nachdem in ſchwebender Kriegsübung allerley thätliche Neuerungen und Sachen fürgangen/ auch etliche Churfürſten/ Fürſten/ Stände und Städte ihrer Güter entwendet und beſchädiget worden/ ſo ſollen dieſe Kriegs-Verwandten Fürſten /alle in dieſem Kriege eingezogene und eroberte Herrſchafften/ Städte / Flecken /Land/ Leute und Güter/ den Ständen/ ſo ſie zuvor zugeſtanden/ wiederum folgen laſſen / und wie obgemeldt / ihrer Pflicht und Anhangs / darmit ſie dieſelben ihnen beypflichtig gemacht / ledig zehlen/ doch daß die Reichs-Städte bey ihren alten Privilegien und Freyheiten gelaſſen werden. Verba latinæ verſionis hæc ſunt: „ Quumque, durante Bello pleræque „Novationes ſint obortæ, quidam etiam Electores, „Principes, Status & Civitates Bonis Rebusque ſu-„is privati damnumque paſſi ſint, omnia Principes „hujus militiæ occupata vel Dominia, vel Territo-ria, vel Oppida, Villasve, hominesve, hæc quidem „cuncta Statibus iis, quibus antea fuerant, reſtitu-„ant, Juramentaque ipſis, ut ſupra dictum eſt, ad-„hæſionesque remittant, & de illis abſolvant ac li-„berent, ſalvis quoque Liberarum Civitatum Pri-„vilegiis & Libertatibus, quas deinceps retinebunt.

SYNOPSIS.

(1) EFfectus Amneſtiæ & Reſtitutio plena in eum Statum, in quo quisque Belligerantium, Ejusque Fœderati ac Subditi ante Bellum exſtiterunt, aut ſi hæc fieri non poteſt, qualiscunque Satisfactio. (2) De Jure Gentium antiquo, Ea quæ capiuntur in Bello juſto, Corporalia aut Incorporalia pertinent ad Principem vel Rempublicam Belligerantem. (3) Modernæ Gentes à rigore antiquo diſceſſerunt, reſtituendo Res, quamvis Bello captæ.

OBSERVATA.

(1)

EFfectus Amneſtiæ eſt Reſtitutio plena in eum Statum, in quo quisque Belligerantium Ejusque Fœderati & Subditi ante Bellum ſuſceptum exſtiterunt, aut ſi hæc fieri non poteſt, qualiscunque ſatisfactio. vid. Marc. Zuer. Boxhom. *Diſſertat. de Amneſt. in Operib. Politic. exſtantem pag.* 590.

(2.) Equidem explorati Juris Gentium & Cæſarei communis eſt, Ea quæ in Bello juſto capiuntur pertinere ad Principem & Rempublicam cujus nomine geritur Bellum, quoad Corporalia & Incorporalia neque hunc ad ullam reſtitutionem teneri quia dominium illorum Jure Gentium amiſerunt capti, uti Doctores Juris Naturæ & Gentium unanimi ſuffragio docent. *Tractat. de Juſtit. & Jur.* II. *Diſput. CXVIII. num.* 1. & 2. *fol.* 458. Martin. Bonazin. *Tom. Oper. Moral.* II. *Tract.* II. *Tractat. de Reſtitution. in part.* §. 3. *fol.* 560. *fac.* 2. Paul. Layman. *in Theolog. Moral. Libr.* II. *Tractat.* III. *cap.* XII. *num.* 14. *fol.* 191. Alber. Gentil. *de Jur. Bell. Libr.* III. *cap.* V. *pag.* Hugo Grot. *Libr.* III. *de Jur. Bell. ac Pac.* §. 4. *num.* 1. ubi provocat ad Effatum Publii Scaptii Tribuni Plebis: Agrum, de quo inter Aricinos atque Ardeates concertabatur, finium Coriolanorum fuiſſe, captisque Coriolis jure Belli publicum populi Romani factum. Improbarunt hoc Scaptii eloquium Conſules Romani Deos hominesque teſtantes flagitium ingens fieri, uti videre licet apud Titum Livium *Libr.* III. *Hiſtor. Roman. cap.* LXXI. *pag.* 241. Adeoque hoc Scaptii Effato non probatur Jus Gentium. Ex JCtis recentioribus aſſertum illlud, de non reſtituendis Rebus in Bello juſto captis, imò Jure ea alteri donari poſſe ſuſtinent Johann. Brunnemann. *de Pac. Civil. cap. Diſſ.* IX. §. 2. *pag.* 171. ubi ſententiam Eorum falſam eſſe ait, qui ſtatuunt Pacem habere vim Reſtitutionis in integrum, & conceſſa in Bello ipſo jure fieri irrita. Donationem enim factam eſſe ab eo, qui plenum dominium in re habet victore, ſcilicet in Bello ſolenni, ideoque eſſe validam. Territorio namque occupato integrum eſſe Principi Victori privatis iſtud per partes aſſignare dominiis, ad exempl. Roman. qui agros ab hoſtibus captos aut omnes publicare, ut in victorem populum partiri ſolebant Jung. Caſpar. Ziegeler. *de Jurib. Majeſt. Libr.* I. *cap.* XXXIII. *pag.* 586. *fac.* 2. Idem Juris eſt in incorporalibus: Sic Teſſalos ab obligatione centum talentorum quos Thebanis debebant donatione liberâſſe Alexandrum Magnum jure victoriæ, Dominus Ipſorum factus, docent Petr. Ærod. *Lib.* II. *Rerum ab omn. Antiquitat. Judicatar. tit.* II. *cap.* 1. *fol.* 55. & Hug. Grot. *laudat. Lib.* III. & IV. *num.* 2. *pag.* 740. Nec Jura poſtliminii in Pace locum habere cenſet Petr. Gudelin. *de Pac. cap.* IV. §. 3. *pag.* 12.

(3.) Quamvis autem de jure Gentium antiquo ita ſtatutum ſit, modernæ tamen Gentes à rigore antiquo diſceſſerunt & Reſtitutionem Rerum in bello quamvis juſto, captarum & charitati & æquitati proximiorem judicarunt.

ARTIC. XVI.

De Abolitione omnium actionum, Illis qui in Bello detrimentum paſſi contra Imperii Status Belligerantes, Eorumq. Fœderatos competentium, cum hac tamen obligatione ut ex publico damna illata, quantum moraliter poſſibile, compenſentur, ac reſarciantur.

TENOR TRANSACTIONIS.

DArgegen haben die Kayſerliche Majeſtät um gemeines Friedens und Verhütung weiters Schadens willen/ alle und jede Zuſprüch und Forderungen / ſo die beſchädigte Stände und Städte/ oder auch ſonderbahre Perſonen/ wider die Kriegs-Verwandten Fürſten und die ihren / und hinwider denſelben Verwandten/ gegen andern Ständen/ der erlittenen und zugefügten Schaden halben / zu haben vermeinen / auß Ihrer Kayſerlichen Majeſtät Macht/ Vollenkommenheit gäntzlich auffgehen/ und wollen aber Ihre Kayſerliche Majeſtät

jeſtät neben Uns/und andern Ständen des Reichs/ auff ſolche billige Mittel und Wege bedacht ſeyn/ damit die beſchädigten Stände und Städte/ der beſchwerlichen Schaden und Verheerung / ſo ſie und ihre Unterthanen erlitten/ ohne dieſer Kriegs-Verwandten Stände Zuthun/Beſchwerung und Schaden erſetzet/und mit allen Gnaden bedacht/ auch alſo alle Urſachen zukünfftiger Weiterung abgeſchnitten/und beſtändiger Friede erhalten werde. Verſio Latina ita ſe habet: „ Viciſſim Cæſarea Majeſtas Publicæ Pacis, aliorumque damnorum evitandorum reſpectu, omnes & ſingulas actiones, impetitionesq; quas Status hi & Civitates, ſive etiam privatæ perſonæ in Belli hujus Principes, Eorumque hinc inde conjunctos & adhærentes datorum occaſione prætendere poſſent, abrogat de plenaria Cæſ. Majeſtatis Suæ poteſtate, operam nobiscum & cum cæteris Imperii Statibus datura, omnique ſtudio & gratia eò eniſura, ut æquis mediis viisque ratio ineatur, quo damna illa perquam graviter acccepta, Statibus læſis, Civitatibus item & Subditis, absque hujus Militiæ Conjunctorum Statuum ope impendioque compenſetur, ne qua porro ſuccedentibus motibus occaſio detur; & firma Pax Tranquillitasque retineatur.

CONSPECTUS.

(1) UTrum Imperator ex plenitudine Poteſtatis **auß Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit** actiones Privatorum tollere poſſit, diſquiritur. (2) Textus Juris Civilis quibus Affirmativam abſolutè ſuſtinere contendit Petrus Gregorius (3) Reſpondetur ad verba, quod Principi placuit *L.* 1. *ff. de conſtitut. Princip.* (4) Item ad L. Barbarius Philippus *ff. de Offic. Prætor.* (5) Item ad L. in *Litem ſi verberatum* 15. de R. V. (6) Pariter ad L. Lucius §. 2. *ff. de Eviction.* (7) Taxantur JCti qui Textum hunc de Poteſtate Principis abſolutâ accipiunt. (8) Refellitur Gregorius ex Textibus Leg. Quod ſi 65 *ff.* Pro ſoc. & Conſtitutione L. utilitas 3. Col. de Primipil. (9) Non debet claudicare publica utilitas, hoc eſt, aliquem ditare, alterum verò ad incitas redigere, ubi Princeps de Privatorum Bonis, utilitatis & Neceſſitatis ergo diſponere intendit. (10) Fundamentum Imperantium potiſſimum eſt, manum retrahere à Bonis Subditorum. (11) Semper utilitatem publicam ita debent æſtimare Imperantes, ut illam nunquam à Juſtitia & Æquitate ſeparent. (12) Juxta principia Juris Naturæ nihil Rei eſt Imperatori, Regi, Principi ac Reipublicæ in res Privatorum legitimè acquiſitas extra inevitabilem neceſſitatem publicam aliàs facit contra verum Jus Subditi. (13) Imperator eſt Mundi Dominus non Jure Patrim. aut Dom. ſed Jure Imperii. (14) Duo ſub qualitatibus diverſis eandem poſſidere poſſunt in ſolidum. (15) Imperator, Rex ac Princeps poſſidere omnia dicuntur jure Poteſtatis ſummæ, vigore Ipſis competit facultas ferendi Leges, quas dirigere debent privati res ſuas proprias, ſinguli autem poſſident Dominio à cœleſti Majeſtati Adamo conceſſo & poſt diluvium à Noachitis continuato, inque Poſteros & ſic ad nos translato. (16) Grotius in Argumento Dominii Supereminentis obliviſcitur ſui. (17) Dominio Supereminente, juxta ſanum Grotii intellectum ſubditis non poteſt auferri jus quæſitum, niſi ex utilitate publica, & ut fiat compenſatio Ei qui Jus ſuum amiſit. (18) Jure Samuelis Regis non exprimi Jus Legitimum ſed aſſumtivum cum rationibus dubitandi ac decidendi latè perſequitur Autor. (19) Deducitur ex Jure Divino Patrimonia ex ipſa Diſpoſitione Majeſtatis Cœleſtis, ab aliorum Bonis eſſe diſtincta. (20) Quæ in Legibus Reipublicæ Judaicæ exſtant moralia nos hodienum obligant. (21.) Deus Principes ut Vicarios ſuos mortalibus præfecit, adeoque oportet Ipſos quantum Humanitas Mortalis patitur, Dei Poteſtatem æmulari. (22) Malum facere ac injuſtum non eſt poteſtas, ſed Defectus Boni. (23) Divina Majeſtas Imperantibus peccatum non dedit, ſed imperium, eâ tamen Lege, ut illud Civili & moderata Poteſtate definiant atque gubernent. (24) Nomen abſolutæ Poteſtatis, utpote Juri Divino & Naturali adverſum, ablegandum eſſe JCtorum præcipui docent. (25) Angeli de Ubaldis dictum animoſum, mentiri Eum qui dicit Principem ſi vellet Plenitudine Poteſtatis uti haut poſſe in tollendo Jure alterius maſculè retunditur ab Agmone Cravetta, Angelum non loquutum eſſe ut Angelum, ſed ut hominem mendacem, imò ut Diabolum, (26) Regna & Principatus inſtituta ſunt, ut Saluti Subditorum conſulatur. (27) Suprema poteſtas, ſive ſit apud unum ſive apud plures, de Bonis Privatorũ pro ſalute ac inevitabili. Neceſſ. & utilitate publica, jure ordinario, diſponere poteſt, aſt non aliter quàm ut compenſatio fiat juſta Ei, cui Boni Publici cauſsâ aliquid decedit. (28) Hermanno Conringio, qui compenſationem in præmium magis, quàm ex debito fieri cenſet, ex principiis Juris Naturæ, Gentium ac Civilis, ut & Germanorum, Gallorum, Hiſpanorum, Italorum ac Belgarum JCtorum Deciſis demonſtratur, compenſationem Jure perfecto deberi, cui Salutis Publicæ ergo de Bonis & Actionibus ſuis quicquam deceſſit. (29) Conſcientiæ ratio habenda, ubi de Dominio Privatorum, Salutis publicæ ergo, agitur, ut ſuaſiſſe potius videantur Potentes, quam imperâſſe. (30) Adigenda eſt potius tota Univerſitas, ut Neceſſitati ac utilitati Publicæ ſuccurrat ſubſidiis ſuis, quàm ut uni & alteri invito detrahantur ſua. (31) Idque ex præceptis Juris Naturæ. (32) Judicium Legatorum Electoralium Brandenburgicorum in Tractatibus Pacis Weſtphalicis in hanc Sen-

tentiam. (33) Refellitur opinio Eorum qui ſentiunt nemini anſam conquerendi habere, cui Boni Publici gratiâ quicquam detrahitur, ſi juſtum Ei exſolvatur pretium, aut aliud æquivalens pendatur. (34) Nihil Naturæ magis adverſum quàm vis, adeoque Socii, qui patiuntur pro reliquis & de Rebus ſuis aliquid facere coguntur inviti mœrent. (35) Lugubre admodum eſt in Ditionibus ac Prædiis Majorum imagines aut non videre fixas, aut revulſas, indeque exſurgit dolor nativus. (36) Nemo imperantium in ejusmodi caſibus facere debet, quod ſibi fieri negat. (37) Tum demùm ac flebile compenſationis & patientiæ remedium recurrendum, ubi Rex in Belligerantium manu exiſtit, & illam tradere nequeunt. (38) Quod in poteſtate noſtra non eſt avertere, illud Providentiæ Divinæ committendum cujus Judicia quidem juſta, nobis autem ſæpius occulta.

OBSERVATA.

(1.)

UTrum Imperator ex Plenitudine Poteſtatis **auß Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit** / actiones Privatorum tollere poſſit, difficillimæ ſanè quæſtionis eſt.

(2.) Equidem Petrus Gregorius *Anteceſſor quondam Academiarum Catholicarum Cardurcenſis Tholozanæ & denique Pontimuſſanæ Libr.* XXV. *Syntagm. Jur. Univerſ. cap. X. num.* 1. *fol.* 502. *fac.* 2. *Edit. Francof. ad Mœn.* MDCXI. Poteſtati Cæſaris hoc tribuit abſolutæ. Utque Dogmati huic verè adoxo, tegumentum adferat, provocat ad Ulpianum *ex Libr. I. Inſtitution. in L. quod Principi placuit* 1. π. *de Conſtitut. Princip.* Et ad Eundem *ex Libr.* 38. *ad Sabinum. in L. Barbarius* 3. π. *de offic. Prætor.* Porrò ad Eundem *ex Libr.* 16. *ad Edict. L. item ſi verberatum* 15. §. *ſi forte ager fuit* 2. π. *de R. V.* Item ad Imperatorem Juſtinianum in Conſtitutione Benè à Zenone 3. §. Sed ſcimus hoc quidem 2. Ad Imperatores itidem Diocletianum & Maximianum *in Conſtitut. utilitas* 3. *Cod. de Primipil.* Et ad Auguſtinum *in Canon. quo Jure* 1. *verſic. Jure tamen Human. Diſtinct.* VIII.

(3.) Aſt nil agit Gregorius hisce textibus. Quamvis enim quod Principi placuit Legis vigorem habere dicatur Leg. 1. de Conſtitut. Princip. VERBUM TAMEN PLACET non eſſe abſolutæ voluntatis, ſed juſtitiæ ac rationis, ita, ut id placeat Principi, quod ad Statum Reipublicæ tuendum ſpectat, ac Bonum & Æquum ſit, & non ad premendos ſubditos, aut finitimos contra Legem Naturæ ac Gentium lædendos tendat; Eleganter demonſtrat Johann. Coraſ. *in præcipuis ſex Academiis Galliæ & Italiæ, Andegavi, Aurelis, Lutetiæ Pariſiorum, Toluſa, Valentiæ Allobrogum, & Ferrariæ primum Anteceſſoris, deinceps Regii Toloſani Senatoris & tandem Navarræi Cancellarius Commentar. ad Tit. Pandectar. de Conſtitut. Princip. voc. Principi placuit fol.* 193. *fac.* 1. *Edition. Wittebergenſ.* MDCIII. ubi fac 2. ſubnectit: „*Quocirca illud belliſſimè dici ſolet, Principem non poſſe ſine* cauſſa alicui rem ſuam auferre, „& ſi fortè, publico favore ſuadente, rem alterius „alteri aſſignet, tantundem domino præſtare de„bet. Nec Conſtitutio aliter obligat, niſi ſit juſta, „Juri Divino, Naturæ ac Gentium conformis. vid. Ludovic. Molin. *in Academia Eborenſi olim Profeſſor Theologiæ Tract. de Juſtit. & Jur. Tom. III. Part. poſterior. Tractat. V. Diſputat. LXXIII. num.* 2. *fol.* 1363. *Edition. Moguntin.* MDCLIX. Hug. Grotius *Primùm Syndicus Roterodamenſis, poſteà Reginæ Sueciæ ad Gallos Legatus de Jur. Bell. ac Pac. Libr.* 1. *cap. IV.* § 3. *pag.* 128. *Edit. Amſteledamenſ.* MDCLXXXIX. Johann. Brunnemann. *Anteceſſor & Ordinarius Facultatis Juridicæ in Academia Francofurtenſi Commentar. ad Pandect. dict. L. Quod Principi placuit* 1. *fol.* 16. *Edition. Francof.* MDCLXXIV. Gerhard. Feldmann *Anteceſſor Academiæ Groningenſis Commentar. ad duos Libr. priores Pandectar. ad L. eandem* §. 1. *num.* 3. *fol.* 90. *Edition. Lipſienſ.* MDCLXXVIII. Lege autem Barbarius Philippus π. *de Offic. Prætor:* nil dicitur, ac Imperatorem, propter utilitatem publicam, roborare poſſe, quæ de jure ſtricto eſſent invalida, & decernendo ſervo Præturam Liberum efficere, vid. πρῶτα Baſilicorum ad hunc text. *Tom. Oper.* 1. *fol.* 211. *Edition. Pariſienſ.* MDCXLVII. Jung. Franciſcum Hottomannum *Anteceſſorem primo Argentinenſem poſteà Baſilienſem Tom. Oper.* 1. *fol.* 895. *fac.* 1. *Edit. Lugdunenſ.* MDXIX.

(5.) Quæ *in L. item ſi verberatum* 15. *de R. V.* de agro militibus aſſignato modico honoris gratiâ poſſeſſori dato, exprimuntur, mirificè Interpretes torquent. Quorum aliqui cum Gregorio accipiunt modicum pro pretio, quod Poſſeſſori, honoris tantum gratiâ datum & ſic juſtum eſt. vid. Johann. Brunnemann. *ad dict. L. num.* 6. *fol.* 332. Aſt accipiendum eſſe hunc textum de agro à Romanis ab Hoſtibus capto, & Jure Belli acquiſito, minimè autem ab Imperatore, ex Poteſtatis plenitudine modico pretio ademto, eleganter docet Hugo Grotius *Libr. III. cap. IV.* §. 11. *num.* 1. & 2. *pag.* 528. *ſeq.* ubi oſtendit, Romanos, agros ab Hoſte captos, aut locando retinuiſſe, aut modicum de agro veteri poſſeſſori reliquiſſe, interdum etiam militibus veteranis quosdam agros aſſignâſſe, quum ratione non careat, Ipſis, præmii loco, partem quandam Eorum, quæ capta ſunt, cedere. Ejusmodi autem agros dictos eſſe adſignatos refert Andreas Alciat. JCtus Mediolanenſis *Libr.* 1. *Parergor. Jur. cap. XXXVIII. Tom. IV. fol.* 264. *Edition. Francofurtenſ.* MDCXVII. Modicum autem agri veteribus Dominus ex nullâ aliâ ratione, quam ad ferendam ſubjugationem eſſe relictum, oſtendit Juſt. **Meier** Philoſophiæ & Juris Doctor, *Anteceſſor Argentinenſis in Colleg. Juridic. ad Tit. Pandectar. de Acquir. Rer. Domin. Theſ. IX. num. XLI. Tom. II. pag.* 1138. *circa fin. Edition. Argentoratenſ.* MDCLVII. An verò illam portionem, quam victor reliquerat victo hic ad inſtantiam victoris, reſtituere debeat, & rei Vindicatio locum habeat, diſquirit Ulpianus in hoc textu, & determinat, victum hoc præſtare debere, ex ratione, quod Romani veteribus quidem Dominis victis poſſeſſionem temporariam in modico agri reliquerint, Dominium autem ſibi jure Belli reſervaverint. vid. Dionyſium Gothofredum *primùm Anteceſſor Genevenſis, inde Curiæ Parlamentariæ in Patriâ Lutetiâ Pariſiorum Conſiliarius Extraordinarius, tum Anteceſſor Argentinenſis & demùm Heidelbergenſis ad L. Lucius* 11. π. *de Evict. Lit.* C. Et Cunrad. Rittershuſ. *Anteceſſor Altorphinus elegant. Commentar. ad* §. *Item ea* 17. *Inſt. de Rerum Diviſion. pag.* 157. *Edition. Argentoratenſ.*

tenſ. MDCXLIX. eò quod victi vicinis injuriam inferendo ſocietatem turbaverint; & per hoc indignos ſe fecerint, quorum Rebus parcatur. vid. Nicolaum Beckmannum, *Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarium, in Medull. Juſtinian. ad Tit. Digeſtorum de Acquir. Rer. Domin. Theſſ. XXV. in not. Lit. A. pag.* 760. *Edition. Pariſienſ.* MDCLXVI.

(*6.*) Exemplum Agrorum ab Hoſte captorum, ex Præcepto Principali, partim diſtractorum, partim Veteranis Militibus in præmia aſſignatorum, antea verò à Lucio Titio emtorum, proponit JCtus Paulus *ex Libr. VI. Reſponſor. in L. Lucius de Evction. II. §.* 1. ubi venditorem à præſtatione Evictionis rei venditæ abſolvit, ad reſtitutionem autem pretii condemnat, eò quod damnum, ex jure Belli profectum, patiatur. Belligerantem enim non teneri ad reſtitutionem Eorum, quæ Jure Belli occupavit, ſed illa ad Principem & Rempublicam, cujus nomine geritur Bellum, quoad corporalia & incorporalia, de Jure Gentium antiquo, pertinere, Articulo anteriori plenè deduxi. Pateſcit ſanè, quàm prodigiosè & cum dedecore Jurisprudentiæ in hoc textu conſtituatur ſedes Quæſtionis Magiſtralis, utrum Princeps, ob utilitatem publicam, Jura alterius tollere poſſit. Dandum & hoc eſt Infantiæ Scholaſticæ, cui Jurisprudentia quondam erat ſubjecta. Non enim agitur in hoc & textibus ſimilibus de Poteſtate Principis abſolutâ, & quid de facto poſſit, ſed quid Jure Belli liceat, uti pulchrè judicant Dionyſius Gothofredus *ad dictum Locum Lucius princip. Lit.* C. Et *ad L. ſi captivus* 20. *§. Verum eſt* 1. *Lit. C. π. de Captiv. & Poſtlimin.* & cum Eo Chriſtophorus Beſoldus, *primùm in Academiâ Tubingenſi, poſtea Ingolſtadienſi Codicis & Juris Publici Profeſſor, nec non Conſiliarius Cæſareus ac Bavarus, ex Lutherano factus Pontificius, in Politic. cap. 2. Theſ. XLVIII. in Not. Edition. Francofurtenſ.* MDCXX. Et *Diſſertation. Juridic. Politic. de Juribus Majeſtatis, cap. IX. Theſ. I. pag.* 75. *Edition. Argentoratenſ.* MDCXLII. Georgius Acacius Enenckel Baro Hohenheimenſis, *elegant. Tractat. de Privil. Jur. Civil. Lib.* III. *cap.* VI. *num.* 18. *&* 19. *pag.* 287. *Edition. Francofurtenſ.* MDCVI.

(8.) Quod attinet Pronunciatum JureConſulti Pauli, *in L. Quod ſi 65. π. pro Soc.* Semper non id, quod privatim intereſt unius Sociis, ſervari ſolere, ſed quod Societati expedit, & Conſtitutionem 3. *Cod. de Primipil.*

(9.) Utilitatem Publicam præferendam eſſe privatorum contractibus, nil operatur. Nemo profectò dubitat, Principem, Utilitatis atque Neceſſitatis Publicæ gratiâ, de Bonis privatorum diſponere poſſe; Aſt non debet claudicare publica Utilitas, hoc eſt, aliquem locupletare, alterum verò ad incitas redigere, uti eleganter reſpondet Hieronymus Pantſchmannus *JCtus Jenenſis, Lib. I. Quæſtion. Practic.* XIV. *num.* 39. *pag.* 150. *Edition. Jenenſ.* MDCIX. Johann Otto Tabor *primùm Anteceſſor Argentinenſis, poſtea Gieſſenſis, & Academiæ Ejusdem Cancellarius, Analect. ad Auguſtin. Barboſ. Theſaur. Locor. Commun. Libr.* XIX. *cap.* XLVII. *Axiomat.* IV. *&* VII. *pag.* 854. *Edit. Argentoratenſ. & Francofurt.* MDCLXX. Nec ſub prætextu utilitatis publicæ Imperantibus licet, Jus Commune labefactare & Jus tertii auferre. Pulchrè hoc deducit Autor Voti V ti apud Johannem Meichsner. *Cameræ Imperialis olim Aſſeſſorem Decſion. Cameral.* XXVIII. *num.* 30. *Tom.* IV. *fol.* 426. *fac.* 1. *Edition. Moguntiuenſ.* MDCLXIII.

(10.) Hinc præclarè Hieronym. Cagnolus *Sabaudiæ Ducis Senator ait*, „Imperiorum Fundamentum hoc potiſſimum eſſe, cenſet quum Rex „Princeps ac Reſpublica manum retrahit à Bonis „ſubditorum. Nam alios ſpoliare, ut ditet alios, „hos peſſundare, ut illos evehas, maleficium potius „eſſe Regis ac Principis, quàm Beneficium; *in Epiſtolâ de Vitâ & Regimine Boni Principis, operibus Cagnoli præfixâ pag.* 9. *fac.* 1. *Edition. Venet.* MDLXI.

(11.) Et utilitatem publicam, ſemper ita æſtimare debent Imperantes, ut illam nunquam à Juſtitia, Æquitate & Honeſtate ſejungat.

(12.) Quæ *in L. omnes qui* 2. *§. Bene à Zenone* 3. *verſic. ſed ſcimus hoc quidem Codic. de quadrienn. præſcription. proponuntur*: OMNIA PRINCIPIS ESSE, intelliguntur, non de Privatorum Bonis, ſed de Ipſius Principis Bonis, ſive ſint patrimonialia, ſive Fiſcalia, accipiendum, quemadmodum verba Conſtitutionis diſertè indicant. Diſquiritur etenim in hoc textu, intra quod tempus actio ſit inſtituenda, ſi quis Rem alienam à Fiſco emit, aut à Principe donatam accepit, Res autem emta vel donatâ evicta ſit, aut poſſeſſor aliàs inquietetur, conſtituit Imperator Dominum rem vindicantem nulla actione pulſare debere emtorem aut poſſeſſorem, ſed ærarium ac fiſcum, ita tamen, ut actionem intra quadriennium ſub præjudicio inſtituat, illudque non modo locum habere ut olim, in Bonis Fiſcalibus, ſed & Patrimonialibus Principis; Nullam etenim inter hæc & Fiſcalia attendi debere, Differentiam, utrum ex ſubſtantiâ Principis patrimoniali, ſive ex Fiſcali alienatum fuerit, quia hæc Bona omnia Principis ſunt, uti Conſtitutionem, pro more adulto, id eſt, eleganter interpretatur Dionyſius Gothofredus *Lit. B.* C. Ibi: „Obſerva, quibus de „Rebus hâc conſtitutione agitur; Et nihil hîc aliud „dici, quàm quod omnia tàm fiſcalia, quàm patri„monialia; de his enim tantùm hac Lege agitur, „Principis eſſe intelligantur. Aliàs enim quæquis„que privatus poſſidet, Principis ſunt nudo Impe„rio, non Dominio. Mutuavit hanc dicendi rationem Gothofredus à Lucio Annæo Senecâ *Libr.* VII. *de Benefic. cap. V. in princip. fol.* 370. *Edition. Antverp.* 1652. „Enim verò, ait Seneca, ſic omnia ſa„pientis eſſe dico, ut nihilò minus in rebus ſuis, do„minium habeat, quemadmodum ſub Optimo Re„ge omnia Rex Imperio poſſidet, ſinguli dominio. Dilucidè admodum hæc proponit Seneca *anteriori cap. IV.* „Jure Civili, ait, omnia Regis ſunt pote„ſtate & Imperio, uti adjicit Juſtus Lipſius in Scho„liis num. 52. & tamen illa, quorum ad Regem per„tinet univerſa poſſeſſio, in ſingulos Dominos de„ſcripta ſunt, & unaquæque Res habet poſſeſſorem „ſuum. Itaque dare Regi & domum & manci„pium poſſumus, & pecuniam poſſumus, nec do„nare Illi de ſuo dicimur. Ad Reges enim poteſtas „omnium pertinet, ad ſingulos proprietas Fines „Athenienſium aut Campanorum vocamus, quos „deinde inter ſe vicini privatâ terminatione diſtin„guunt, & totus ager hujus aut illius Reipublicæ „eſt, Pars deinde ſuo Domino quæque cenſetur, id„eoque donare agros noſtros Reipuplicæ poſſu„mus, quamvis illius eſſe dicantur, quia aliter illius „ſunt, aliter mei; *fol.* 369. C. *& fol.* 370. *A.*

(13.) Nihil ergo Juris eſt Imperatori Regi Principi aut Reipublicæ in Dominia & Jura ſubditis legitimo modo parta, nec ea extra ſummam neceſſitatem & utilitatem publicam auferre poſſe,

Juris

Juris eſt Naturalis. Contra ſi Rex faciat, haut dubiè tenetur reparare damnum datum, facit enim contra verum Jus ſubditi, Elegans eſt Hugonis Grotii pronunciatum *Libr. II. de Jur. Bell. ac Pac. cap. XIV. §. 8: pag.* 407. Et hoc ipſo eliduntur, Ea, quæ obtendit Petrus Gregorius *ex Canon. quo jure Diſtinct.* VIII. de abſoluto Dominio Imperatoris in Bona privatorum.

(14.) Illud etenim, & quod *in L. Deprecatio* 2. *π. de L. Rhodiâ de Jact.* dicitur, Imperator eſſe mundi Dominium, de Imperio, non jure patrimonii ſeu dominii intelligendum eſſe, eleganter exponit Paul Buſius *JCtus Zwollan. ad dictas LL. deprecatio Tom. I. pag.* 519. *& L. Lucius* II. *π. de Eviction. num.* 5. *& 6. Tom. Commentar. ad Pandect.* II. *pag.* 60. *Edition. Daventr.* MDCLVI.

(15.) Senecam, ad quem etiam provocat Buſius vellicat Johann. Fridericus Hornius *Magiſter Wittebergenſis Lib.* II. *de Civitat. cap.* IV. *§.* 3. *num.* 11. *ſeq. pag.* 332. *ſeq. Edit. Francofurt.* MDCLXXII. ubi n. 13. ait: Inauditũ eſſe in poſſeſſionum doctrinâ duos unius Rei Poſſeſſores eſſe ſimul. Aſt in auditum non eſt. Equidem non deſunt JCti Excellentes Bartolus, *JCtus Italus*, & Jaſon *Anteceſſor primùm Piſanus, dein Ticinenſis*, qui repoſitâ ſententiâ JCti Pauli *ex Libr*, 54. *ad Edictum in L. poſſideri autem* 3. §. E *contrario plures* 5. *π. de acquirend. vel amitt. poſſ.* ex natural. principiis JCto Sabino *in §. ex plurimis cauſſis* 4. *dict. L, poſſideri*, adhærent & diſertè ſtatuunt, poſſeſſionem ſub qualitatibus diverſis, & ad diverſos fines tendentem penes duos eſſe poſſe. Vid. Reinhardus Bachovius *Anteceſſor Heidelbergenſis & Not. in Animadverſion. ad Hieron. Treutler. volum.* II. *Diſput.* XXI. *lit.* K. *pag.* 24. *Edit. Heidelbergenſ.* MDCXVIII. Imò ex JCtorum hujus Seculi Exquiſitiſſimorum cenſu adſtruit duos eandem rem in ſolidum diverſo poſſeſſionis genere vel naturali vel civili poſſidere poſſe: Johann. Strauchius *JCtus & ac Polyhiſtor, dum erat, Exactiſſimus, primùm Lipſiæ Philologiæ, Latinæ ac Hiſtoriarum Profeſſor, poſtea Anteceſſor Jenenſis ac demum Gieſſenſis Academiæ Pro-Cancellarius Diſſertat. ad univerſ. Jus Juſtinian.* VI. *Theſ.* XV. *pag.* 75. *Edition. Jenenſ.* 1666.

(16.) Imperator atque Rex ac Princeps poſſidere dicitur, omnia jure Poteſtatis ſummæ, vigore cujus Ipſis competit facultas ferendi Leges; juxta quas dirigere debeant Privati res ſuas proprias, ſinguli autem poſſident dominio à cœleſti Majeſtate Adamo conceſſo & poſt diluvium à Noachitis continuato, inque Poſteros, & ſic ad nos tranſlato, vid. Johann. Selden. *Tract. de Jur. Nat. ac Gent. juxta Diſciplin. Hebræor. Lib.* VI. *cap.* 1. *pag.* 465. *Edit. Argentorat.* MDCLXV. Laudat. Strauch. *illuſt. Diſſertation. de Imper. Marin. Cap.* 1. §. 5. *& ſeqq. usque ad fin. cap.* quæ exſtant in Faſciculo Diſſertationum Ejus ſelectarum Jenæ MDCLXXIII. impreſſor. Samuel, Pufendorff. *Libr.* IV. *de Jur. Natur. & Gent. cap.* IV. *§.* 9. *usque ad* 14. *pag.* 465. *Edition. Londinenſ.* MDCLXX. Juxta quam conceſſionem de Rebus ſuis perfectè ac liberè diſponere poſſunt, modo fiat juxta Leges in Republica præſcriptas & conſuetudine receptas.

(17.) Aſt, quid reſpondebimus Hugoni Grotio *Libr.* III. *de Jur. Bell. ac Pac. cap.* I. §. XV. aſſerenti. Qui habet Jus ſupereminens in omnia Jura alterius, eo Jure Bono Ipſius ſive proprio, ſive publico uti poſſe. Virum, alias ſummum, ſui in hoc Rerum argumento eſſe oblitum in propatulo eſt. Etenim laudato opere *Libr.* II. *cap.* XIV. *Theſ.* VII. & VIII. diſertiſſimè ſtatuit Grotius Regem Jus ſub„ditis quæſitum non aliter auferre poſſe, niſi in pœ„nam aut ex vi Dominii Supereminentis; Ex vi „autem hujus Dominii non niſi ex utilitate publica, „& ut fiat compenſatio Ei, qui jus ſuum amiſit. Et *Libr.* III. *cap.* XX. §. 1. *&* 2. *pag.* 853. disquirit, quid in Res ſingulorum poſſint Pacis cauſſa ſtatuere, qui Reges ſunt, nec in res Subditorum aliud Jus habent, quàm Regium. Reſpondet, Res Subditorum ſub Eminenti Dominio eſſe Civitatis, ita ut Civitas aut qui vice civitatis fungitur, iis Rebus uti, easq; etiam perdere & alienare poſſit, non tantùm ex ſumma neceſſitate, quæ privatis quoque Jus aliquod in aliena concedit, ſed ob publicam utilitatem, cui privatas cedere illi ipſi cenſendi ſunt, qui in civilem cœtum coierunt, ſed addendum eſſe, id, quum fiat, civitatem teneri his, qui ſuum amiſerunt reſarcire damnum de publico; neque hoc onere levari Civitatem, ſi nunc fortè Ei poſtulationi par non ſit, ſed quandocunque copia ſuppetit exſerere quaſi ſopitam obligationem. Ex his ad oculum pateſcit, Dominium ſupereminens, extra neceſſitatem ac utilitatem publicam, nullatenus habere locum, & nec tum, niſi reſartiatur damnum ex publico ſufficienter. Pro non dicto ergo putandum eſt, quod aſſerit Grotius, ſibi ipſi adverſus, Eum, qui Jus Supereminens habet, poſſe Privatorum Bonis uti. Idque nil exiſtimationi detrahit Viri ſummi; In omnibus etenim eſſe perfectum, & in nullo planè errare, non humanitatis eſſe, ſed divinitatis, commune illud Acroama indicat.

(18.) Aſt Grotii ſententiam, quod illi, quibus Jus Supereminentis Dominii in omnia Jura alterius competat, proprio Bono, etiam extra neceſſitatem & utilitatem publicam, Bona privatorum adplicari poſſint, ſuſtinere videtur Jus à Deo Regibus & Principibus datum. 1. *Sam.* VIII. *verſ.* 11. *usque ad verſic.* 19. Ubi concedere dicitur Divina Majeſtas Regi, quem exoptabant Iſraelitæ, rejicientes Judicum Officium, (1) Jus in filios filiasque ſubditorum pro arbitrio ad quodvis miniſterium adhibendi (2) Jus attribuendi ſibi ſubditorum domos, agros, vineas, & reliqua Eorum Bona. [3] Jus exigendi decimas in ſuſtentationem Eunuchorum ac Servorum ſuorum. [4] Jus ſervos & ancillas ad quævis negotia ſua adigendi. Hinc Theodoricus Rex exiſtimat omnia, quæ à ſubditis legitimè poſſidentur, Principum eſſe patrimonia. Jubet enim Epiphanium, Virum Provinciæ Dalmatiæ Conſularem, ut faciat Fiſci compendiis aggregari Bona Mulieris Johannæ Andreæ, quæ inteſtata nullis exiſtentibus proximis deceſſerat; Cui Præcepto annectit: „*Innocentia noſtræ profeſſio eſt, juſta compendia* „*non negligere, apud quem calumnia nunquam potuit* „*invenire. Rogari enim in talibus, cauſſis, non frau*„*dare Principem decet; Quia negligentiæ vitium eſt,* „*præſumtiones relinquere, quas Jura præcipiunt ampu*„*tare*; In his ſane nil iniqui. Juſſionem autem „ſic concludit: *Si quid contra reperierit, Bona ſubdi*„*torum non eſſe vacantia, Ea quietos Dominos habere* „*patiatur, quippe, quod magis Regis ſint patrimonia,* „*quæ à ſubditis legitime poſſidentur.* Apud Marcum Aurelium Caſſiodorum *Lib.* V. *variar. cap.* XXIV. *pag.* 181. *Edition. Genevenſ.* MDCLVI. Et Melchior. Goldaſt. ab Haimensfeld *Tom.* III. *Conſtitut. Imperial. fol.* 66. *princip. Edition. Francofurtenſ. ad Mœn.*

Mœn. MDCLXXIII. Sic Poeta Guntherus *Libr.*
III. *Ligurin. ſive de Rebus Geſt. Imperatore Friderici I.*
Ipſum repræſentat dicentem: „ Quicquid habet
„locuples, quicquid cuſtodit avarus: Quicquid in
„occultis obſcondit terra cavernis, Jure quidem no-
„ſtrum, Populo concedimus uſum. *Tomo Veterum*
*Scriptorum qui Cæſares & Imperatorum Germa-
nicorum Res per aliquot ſecula geſta litteris man-
darunt fol.* 328. *Edition. Hanov.* MDCXIX. Aſt
negat ipſe Grotius Locum Samuelis de jure Re-
gis vero, id eſt, de facultate honeſtè & juſtè aliquid
agendi: Longè enim aliam vivendi rationem præ-
ſcribi Regi in ea parte Legis, quæ eſt de Officio Re-
gis, neque nudum factum indicari, nihil enim in eo
eſſet eximium, quum injurias facere etiam privati
privatis ſoleant, ſed eſſe factum, quod effectum ali-
quem Juris habeat, id eſt non reſiſtendi obligatio-
nem. Ideoque addi in textu Samuelis, populum
preſſum iſtis injuriis, Dei opem imploraturum, quia
ſcilicet nulla humana remedia exſtarent. Sic ergo
hoc Jus vocari, quomodo Prætor jus reddere dicitur,
quum inique decernit. *L. Jus plur. modis* II. §. *Etiam
Prætor* 2. π. *de Juſt. & Jur.* L. *I. de Jur. Bell. ac Pac. c.* IV.
Theſſ. II. *pag.* 130. Grotius taxat Caſpar. Ziegler.
Anteceſſor. olim Wittebergenſ. *in Not. & Animadver-
ſion. dict. Theſſ.* II. *pag.* 165. *Edition.* Wittebergenſ.
MDCLXXVI. Ubi rectiùs ſtatuere, ait, Theologos
Noſtros, per Jus à Samuele deſcriptum intelligi ve-
rum jus, hoc eſt, facultatem honeſtè & juſtè aliquid
agendi, non Tyrannicum & mere uſurpativum. Aſt
diſertè reclamant Ipſi Theologi Wittebergenſes, &
inter illos Leonhardus Hutterus *in Loc. Theologic.
Major. Loc. de Magiſtrat. Politic. cap. II. Quæſtion.* VII.
fol. 1039. *Edition.* Wittebergenſ. MDCXIX. ubi ait:
Jus illud, quod Samuel definit, non Regium ſed Ty-
rannicum eſt, ideò Regium nominatum, quia ple-
rumque Reges Gentiles, ad quorum morem expe-
tebant Regem Iſraelitæ, *verſ.* 5. poteſtate ſuâ abuſi
in Tyrannos degenerârunt, & publico poſthabito
commodo, privatim potiſſimum curarunt, ac pro-
inde Jus ſibi abſolutum in Subditorum Bona & Fa-
cultates & Familias ſibi de facto impiè uſurpârunt.
Et hoc Jus uſurpatum graphicè deſcribit Salomo.
Idem ſentit Fridericus Balduinus *Lit. IV. Caſ. Con-
ſcient. cap.* XII. *Caſ. IV. pag.* 869. *Edit.* Wittebergenſ.
MDCXXVIII. ubi aſſerit, conſtare *ex verſ.* 3. & 19.
non deſcribi à Samuele Jura Majeſtatica, ſed quo-
modo Reges Jure id temporis abuſi: Ridere etenim
Deum inſanientis populi Iſraelitici furorem, qui,
rejecto Dei Imperio, quod per Judices inter ipſos
adminiſtrabat, Regem optabat, cujus mores, etiam
inconditiſſimos perferre oportebat; Et hoc indi-
care Vocabulum MISCHPAT, HAMMELECH,
quod de eo, quod injuſtiſſimum eſt, ſed pro juſto ha-
betur, ut Jus adulteratum *Ezech. XVI. verſ.* 38. Et
ita hîc Jus Regis appellari, quicquid Regi juſtum vi-
debitur, etſi in ſeſe ſit injuſtum. Idem ſtatuit &
optimè deducit *Wolffgang. Frantzkius.* Et ipſe
Theologus Wittebergenſis *Tractat. de Interpretat.
Sacræ Scripturæ ad dictum Locum Samuelis Oracul.*
CXXVI. *pag.* 821. *uſq; ad pag.* 823. *Edition.* *Witte-
bergenſ.* MDCLXVIII. ubi ſignate concludit. De
facto impio, & de more ſeu conſuetudine Genti-
lium Regum, non de Jure Divino loquuntur verba
illa: HOC EST JUS REGIS. Præter Theolo-
gos nominatos Wittebergenſes Locum Samuelis
adductum de Jure Principis putativo, non vero, ac-
cipiant Theologi Würtenbergici. Matth. Haffen-
reffer. *Profeſſor Tubingenſis.* Verba Ejus recitat
Transact. Paſſaviens.

Chriſtophorus Beſol. *Cap.* II. *Politicor. Theſſ.* XLV.
in Not. pag. 95. *ſeq. Edition. Francofurtenſ.* MDCXX.
In eandem ſententiam ſcribit Lucas Oſiander *in
Aulâ Ducali Wurtenbergica Concionator & Conſiſto-
rii Aſſeſſor ad dictum Locum Samuelis Commentar. Bi-
blic. Latin. Tom. I. fol.* 426. *fac.* 2. *Edition. Tubingenſi*
MDXCVI. Ibi: „ Nunc ergò inquit Dominus,
„vocem eorum audi, morem illis gerens in eligen-
„do Rege, ſi aliter nolint quieſcere. In rebus enim,
„quæ per ſe peccata non ſunt, ſatius eſt multitudi-
„nis petitioni cedere, quam pertinacia intempeſti-
„va occaſionem præbere, ut deterius quid agant.
„VERUNTAMEN pri' CONTESTARE EOS
„ſeu publicam proteſtationem interpone, & prædic
„eis Jus, Hebræorum Judicium Regis, qui regnatu-
„rus eſt ſuper eos; Id eſt, commemora illis, qui ſo-
„leant eſſe ferè Regum mores, quomodo ſoleant ſub-
„ditos tractare. Was etlicher Könige/Fürſten und
„Herren Gebrauch ſey. Judicium enim hoc loco,
„ut & aliis quibusdam Scripturæ locis, morem vel
„modum ſignificat, quo aliquid fieri ſolet. De-
„ſcribentur autem paulo poſt Regis mores, non qui
„Ipſum deceant, ſed, qui Monarchis, utplurimum
„ſint familiares. Idque facit Samuel, ut populus
„vel commemoratione periculorum & onerum à
„ſtulto conſilio petendi Regis deſiſtat, vel certè
„poſtea ſibi ipſi ſuas calamitates acceptas ferat.
Immerito ergo Johann. Henric. Bœkler. *Hiſtoria-
rum olim Profeſſor in Academia Argentoratenſi &
Conſiliarius Cæſareus ac Moguntinus*, novitatis aocu-
ſat Hugon. Grotium *ad laudat.* §. 4. *cap. IV. Libr. I.
pag.* 27. *Edit. Gieſſenſ.* MDCLXXXVII. quippe,
quod ex his pateſcat, Theologos hujus & prioris
Seculi dudum ante Grotium dixiſſe, Locum iſtum
Samuelis non exprimere Jus Regium Legitimum,
ſed aſſumtivum. Omnium optimè hunc Samue-
lis Locum ex Reformatis Interpretatur Doctor Pau-
lus Toſſanus *Profeſſor Heidelbergenſis* de Rege Saule
juſto judicio in pœnæ locum dato *Tom. Biblior. I. fol.*
264. *fac.* 2. *Edition. Francofurtenſ.* MDCLXVIII.
Id enim perſpicuè oſtendit Ipſa Divina Majeſtas
per Prophetam Hoſeam Populo Iſraelitico expro-
brando, ſe dediſſe ipſi, ad importuna poſtulata, pri-
mum Regem in furore Saulem & auferre velle Re-
gem ultimum, in indignatione *Cap. XIII. verſ.* 11. 12.
Et ita quoque ex ſeptuaginta Interpretibus hunc
nodum ſolvit Hieronymus, *primum Presbyter Stri-
denenſis, poſteà Epiſcopus Romanus, tandem Præſul Mo-
naſterii propè Locum, quo natus eſt JESUS CHRI-
STUS Servator Noſter, Commentar. ad hunc Samue-
lis textum Tom. Oper. VI. fol.* 40. *Litt. G. H. Edition.
Francofurtenſ. ad Mœn. & Lipſienſ.* Sumtibus Domini
Chriſtiani Gentſchii Bibliopolæ de Republicâ Lit-
terariâ optime Meriti ac Egregii. „Corruptioni
„tuæ Iſrael quis auxiliabitur, id eſt, captivitati tuæ &
„ultimæ ſervituti quis ferre poterit auxilium eo-
„rum, quos tibi præſules æſtimaſti? Ubi eſt Rex
„tuus, de quo dicebas ad Samuelem, Conſtitue ſuper
„nos Regem, ut judicet nos, ſicut & Gentes habent
„cætera? Quumque ille contradiceret, reſpondebat,
„nequaquam, ſed Rex erit in nobis, & erimus etiam
„nos, ſicut & Gentes omnes, & judicabit nos Rex
„noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit pro no-
„bis. De quo ergo tibi promiſeras, nunc in neceſ-
„ſitate ſubveniat, & univerſas urbes tuas liberet de
„ſervitute. Ubi ſunt Judices tui? Ubi Reges? Tu
„enim dixiſti: Da mihi Regem & Principes, itaque
„dedi tibi Saulem Regem in furore meo, in tantum,

„ut diebus meſſis pluvium demonſtrarem, contra „Naturam Judææ Provinciæ. Et abſtuli, inquit, in „indignatione mea, Regem videlicet Sedechiam, „ut, quem cum furore dederam, tollerem cum indi„gnatione. Cui accedit Vir Dei Lutherus in Gloſſa marginali: Saul gab Er mit Ungnaden/ 1. Reg. XX. Wie Ich den erſten König gab im Zorn/ ſo will Ich den Letzten dir auch nehmen im Grimm/ daß du keinen mehr haben ſolt. Jung. Lucas Oſiander *in Explication. Germanic. hujus Text. Tom. Biblior. II. fol.* 136. *fac.* 2. *Edition. Lunæburgenſ.* MDCLXV. Equidem Johannes Gerhardus, *Theologiæ Profeſſor Jenenſis Theologorum Proteſtantium Decus æternum, Loc. de Magiſtrat. Polit. Section.* I. §. 125. *fac.* 1. *Edition. Francofurt. & Hamburgenſ.* MDCLII. diſtinguit inter temerariam Imperantium cupiditatem & Reipublicæ utilitatem ac neceſſitatem. Si imperans privata libidine & habendi cupiditate impulſus ſibi vendicet, quæ Samuel Iſraelitis prædicit futurum Regem Saulem factum eſſe, injuſtè ac tyrannicè agere, ſed ſi, Reipublicæ ſalute & utilitate id exigente, talia poſtulet, Regia ſua Poteſtate meritò uti. Et porrò. Si Rex in hiſce exigendis modum juſtum ac legitimum ſervet, & abſque violentia operas, decimas & tributa, pro Regni ſui ſtatu ac neceſſitate exigat, Eum non poſſe dici Tyrannum; Si verò modum neceſſarium & legitimum fuerit egreſſus, & ex ſubditorum incommodo ſuum duntaxat quærat commodum, poteſtate ſuâ abuti. Idem ſentit ex Politicorum cenſu, Henning. Arniſæus, *primùm in Academiâ Juliâ Medicinæ Profeſſor, poſtmodum Regis Daniæ Conſiliarius & Archiater Libr. II. de Jur. Majeſtat. cap. I. Tom. Oper. II. pag.* 162. *Edition. Argentoratenſ.* MDCXLVIII. „Samuelis intentio, ait, diver„ſa eſt, qui populum tam ſevero jure à petendo Re„ge vult deterrere. Si verò de caſu neceſſitatis id „intellectum vellet, nihil propoſuiſſet terribile, ni„hil, quod non cuivis Reipublicæ Moderatori, ſive „Princeps ſit, ſive Magiſtratus, ſumma cum ratione „liceret. Sic igitur dicendum, aliud eſſe Poteſtatem licitam, aliud Officium Regis, aliud quod Rex facere poteſt, quod à Samuele proponitur, aliud, quod facere debet, quod à Moyſe Deuteron. XVII. Jung. Johann. Limnæum *Sereniſſimi Marchionis Brandenburgici, Domini ALBERTI Conſiliarium Intimum & Camerarium, in Prolegomen. ad Capitulation. Cæſar. Section. II. ubi num.* 3. *& ſeqq.* ſolidè demonſtrat, nec Deum nec populum Iſraeliticum abſolutam poteſtatem unquam conceſſiſſe, *pag.* 5. *ſeq. Edition. Argentoratenſ.* MDCLXXIV. Juvat ex principiis Tabularum Divinarum altiùs quodammodo excutere. Sanè ex his conſtat, Imperatorum, Regum ac Principum, & quorumcunque Imperantium Patrimonia & Bona à Patrimoniis Subditorum planè eſſe diverſa, & nullum planè Dominium rerum competere Imperantibus in Bonis & Patrimoniis Subditorum ac Privatorum. Ita ſtatuit Dominus Dominantium Ezechiel. XLV. Agit ibi Propheta, ex præcepto Dei, quemadmodum vitia priſtinæ Reipublicæ Judaicæ tollenda, & nova Reſpublica ſalubriter formanda. Inter vitia autem illa recenſetur Imperium Principum Deſpoticum, quod Bona & Poſſeſſiones Subditorum attraxerint ex Poteſtate aſſumtâ: Id quia impium judicabat Divina Majeſtas, aſſignari jubet Principi certam Terræ partem, inſtar Boni Dominialis, anſtatt der Taffel-Güter/ ex quibus pro ratione Status ſui, degere poſſint, cum appoſito, ut aſſignato Ipſi Dominio contentus ſit, nec Bona Subditorum ad ſe rapiat, quemadmodum Principes hactenus conſueverint; Diſertiſſima Vox eſt JEHOVÆ, verſ. 8. & 9. Principi, inquam, portio hujus Terræ eſto in Jus Poſſeſſionis apud Iſraelem, ut non populentur & vaſtent amplius Principes populum meum, ſed Terram reddant Domui Iſraelis per Tribus ipſorum. Sic ait Dominus Deus: Satis eſto Vobis Principes Iſraelis hactenus deturbâſſe Subditos de Bonis ſuis, Violentiam & rapinas intermittite, Jus & Juſtitiam exercete, Confinia veſtra à populo meo ſeparate. Signatè admodum claudit hoc Præceptum Dominus Dominantium: Ait DOMINUS DEUS, ut eo ſtrictius obſervetur. Et Cap. XLVI. verſicul. 18. præcipit, ut ne liceat Principi largiri quicquam Filiis ſuis de Poſſeſſionibus Subditorum, ſed ſi ipſos Beneficiis mactare velit, faciat de Bonis Ipſi competentibus. Vox Prophetæ ita ſe habet: Sic DOMINUS JEHOVA. Ne accipiat Princeps de Bonis populi propriis, deturbando Eos de Patrimonio Ipſorum, ſed de ſuis Bonis tradet, Filiis ſuis, ut non diſpergantur populus meus ullus de Patrimonio ſuo. Credo, ex his ad oculum pateſcere, diſtinxiſſe Dominum Dominantium Bona Principis Dominalia à Bonis Subditorum propriis, & ſeriò conſtituiſſe, ne Principes dominium Proprietatis ſibi in Bonis Privatorum aſſumant; Et hoc Præceptum non modò Principes Iſraelitarum attinere, ſed ut morale & Decalogo per omnia conforme obligare hodienum omnes Imperantes, oſtendit Hieronymus ad dictum Cap. XLV. verſ. 8. & 9. *in No:t L. G. fol.* 467. *Luc.* Oſiand. *Tom. Biblior. II. fol.* 115. Quæ enim in Legibus Reipublicæ Judaicæ exſtant Moralia nos hodienum obligant. Quod ergo Dominus Dominantium Imperantibus ſeverè interdixit Dominium in Res Privatorum illud ad Dominium Supereminens, ſive plenitudinem Poteſtatis nunquam trahi poteſt. Hinc Johann. Bodinus *Libr. I. de Republic. cap. VIII. de Jur. Majeſtat. num.* 102. *fol.* 160. Quid ſanctius Divinâ Lege prohibetur, quàm aliorum Opes ac Bona deripere? Quid ſæpius repetitum legimus, quàm à rebus alienis manus habere continentes. At etiam, ne quid alieni concupiamus, Sacratiſſimo Decalogo prohibemur. Deus etenim Principes, ut Vicarios ſuos Mortalibus præfecit, adeoque oportet Ipſos, quantum Humanitas mortalis patitur. Dei poteſtatem æmulari. Deus enim, quamvis Omnipotens, nihil tamen facere poteſt, quod ſit malum & injuſtum, quippe quod malum facere non ſit poteſtas, ſed defectus boni, ut eleganter deducit Aymon Cravetta, *Senator Ducis Ferrarienſis, Tractat. de Antiquitat. Tempor. Part. I. §.* 2 *fol.* 12. *num.* 2. *&* 3. *Edition. Francofurtenſ.* MDLXXII. Quum ergo Divina Majeſtas Imperantibus peccandi poteſtatem non dederit, ſed Imperium, eâ tamen lege, ut illud civili & moderata poteſtate definiant atque gubernent, ſequitur ſponte, Ipſos Bona ac Jura Subditorum poteſtate ordinariâ auferre non poſſe, vid. hæc eleganter deducentem Hartmann. Piſtorium, *Trium Electorum Saxoniæ Conſiliarium Libr. II. Quæſtion. XL. num.* 43. *fol.* 788. *ſeq.* Et ex his ſolidè reſponderi poteſt Theodorico Regi, Subditorum Bona, quæ legitimè poſſident non eſſe Regis Patrimonia: Poetæ verò Gunthero Poſſeſſiones Subditorum eſſe quidem Imperantium Jure Imperii, non verò Patrimonii, & Pictoribus atque Poetis familiare eſſe

homi-

hominibus facere fucum, repræſentando in ſpeciem multa formoſa, quæ tamen intus maculoſa. Etſi verò ſummæ Poteſtati nec Dominium nec Proprietas in Bona Subditorum competat, attamen, quum ad hoc inſtituta ſint Regna & Principatus, ut Saluti Subditorum conſulatur, uti prudenter ait Livia ad Maritum Cæſarem Auguſtum , apud Dion. Caſſ. *Libr. Hiſtor. LV. cap. CCCLXXXIII. fol.* 643. *Lit.* 6. *Edition. Henrici Stephani* MDXCII. Indeque Salus publica Suprema Lex eſſe debeat.

(30.) Ideo ſuprema Poteſtas, ſive ſit apud unum, ſive apud plures, poteſt de Bonis privatorum, pro Salute , inevitabili Neceſſitate & utilitate , publica jure ordinario diſponere, non tamen aliter, quàm ut fiat compenſatio juſta ei, cui , Boni publici cauſſa, aliquid decedit.

(31.) Quamvis enim Vir alias Exactiſſimus Hermannus Conringius *Medicinæ & Politices Profeſſor Helmſtadienſis, Reginæ & Regis Sueciæ ac Daniæ ut & Ducis Brunovicenſis, aliorumque Imperii Principum Conſiliarius eleganti Tactat. de Finib. Imperii cap.* XIX. *pag.* 351. *Edition. Francofurtenſ. &* Lipſienſ. MDCLXXX. exiſtimet ; Quemlibet in omni Societate etiam maximè civili, Saluti publicæ & re & corpore obſtrictum eſſe, & ſarcire quidem Rempublicam damnum acceptum, ſi poſſit, aſt in præmium magis quàm ex debito ; Itaque , ſi non poſſit, neceſſum eſſe, ut pars ferat, quod mutari non poteſt , ob reliqui corporis Salutem ; Ipſa tamen Natura aliud Hominibus impreſſit. Id quod eleganti ſtudio inculcat Marcus Tullius Cicero *toto capite V. Libr.* 3. *de Offic. pag.* 432. *usque ad pag.* 440. *Edition. Amſteledamenſ.* MDCLXXXVI. demonſtrando hominem naturæ obedientem Homini nocere non poſſe. „Detrahere, ait, aliquid alteri , & Hominem „Hominis incommodo ſuum augere commodum „dum magis eſt contra naturam, quàm mors , quàm „paupertas, quàm dolor , quàm cætera , quæ poſſunt aut corpori accidere , aut rebus externis. „Nam principio tollit convictum humanum & Societatem. Si enim ſic erimus affecti, ut propter ſuum „quisq; emolumentum ſpoliet aut volet alterum, disrumpi neceſſe eſt eam , quæ maximè eſt ſecundum „naturam, Humani generis ſocietatem, ut ſi unumquodque membrum ſenſum hunc haberet ut poſſe „putaret ſe valere, ſi proximi membri valetudinem „ad ſe traduxiſſet, debilitari, & interire totum corpus „neceſſe eſſet : Sic ſi unusquisque noſtrùm rapiat „ad ſe, commoda aliorum, detrahatque quo cuique „poſſit emolumenti ſui gratiâ, ſocietas hominum & „communitas evertatur neceſſe eſt. Nam ſibi ut „quisque malit, quod ad uſum vitæ pertineat, quam „alteri acquirere , conceſſum eſt non repugnante „naturâ. Illud quidem natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, , copias, opes augeamus. *Et paulo poſt* : Hoc multo magis inquit, „exigit ipſa Naturæ ratio , quæ eſt Lex Div. & hum. „cui parere qui velit, omnes autem parebunt, qui ſecundùm naturam volent vivere, nunquam committet, ut alienum appetat, & id quod alteri detraxerit ſibi aſſumat ; Et hoc non ſolùm natura „ſed & Legibus Populorum , quibus in ſingulis Civitatibus Reipublicæ continentur, eodem modo „conſtitutum eſſe, ut non liceret ſui commodi cauſsâ nocere alteri. *Hoc enim ait Cicero* ſpectant Leges, hoc volunt, incolumem eſſe Civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte , auxilio, „vinculis damno coërcent. Conſtitutum autem hoc eſt in Legibus Pandectarum Imperatoris Juſtiniani ex placitis JCtorum Veterum. Ita enim Pomponius *ex Libr. XXI. ad Sabinum* L. *Nam hoc natura* 14 *π. de condict. indebit* : „Nam hoc, ait JCtus, Natura æquum eſt, neminem cum alterius damno fieri locupletiorem. Nemini quoque per „alterum iniquam conditionem inferri debere , ait JCtus Papinianus *Libr.* I. *Quæſtion.* L. 74. *π, Eod.* Æterna itaque Naturæ Regula eſt : Suum cuique maneat aut reddatur. Natura namque non ſaltem dat , vel concedit, ſed & vult , ut ea, quæ tribuit, ſerventur, & non adimantur ; Si verò ex illis natura permittente alteri quid cedendum ſit, penſetur ſufficienter, quemadmodum ipſa ſemper adeo reperitur Benigna, ut , quod in uno amittit , in altero expleat. Vid. David. Mev. *primùm Syndicus Stralſundenſis poſtea in Tribunali Suevico Wiſmarienſi Vice Præſes Nucl. Jur. Natur. & Gentium. Inſpect.* IV. *Theſ.* XII. *num.* 1. *pag.* 224. *Edit.* Lipſienſ. MDC. LXXXVI. Et hoc quoque in Neceſſitate & Utilitate publica attendendum eſſe, commmuni Gentium , Earumque JCtorum ſuffragio conſtat. Neceſſitatis etenim publicæ periculum ad omnes , non ad unum aut paucos ſpectare debet. Eleganti ſanè caſu hoc expedit Petrus Ærodius , *Quæſitor Andegavus in Illuſtri Tractatu Rer. ab omni Antiqu, judicatar.* Libr. IV. *cap.* III. *fol.* 149. *Edition. Pariſienſ.* MDLXXXVIII. Ubi refert , Publicum Lentulum , Principem Senatus Andegavenſis in Gallia Lugdunenſi , quum in Campaniam Italiæ Regionem , miſſus eſſet, ut agros privatos qui in publicum Campanum incurrerent, pecuniâ publicâ coëmeret, renunciaſſe , nullâ ſe pecunia fundum cujusque emere potuiſſe, Eumque qui nollet vendere , ideò negaſſe, ſe adduci poſſe , ut venderet, quòd quum plures fundos haberet, ex illo ſolo fundo nunquam malum nuncium audiviſſet. Quid Senatus? quærit Ærodius , an decrevit, ut nihilominus venderet? Abſit, reſpondet, Libertatem atque Jus Gentium violaſſent; Miratur itaque Ærodius , quo Jure apud Andegavos Nobiliſſimi quique agros vicinorum includant ſuis, vixque tamen dinumerent pretium. Aut, ſi faciant quidem , non id, quod Domini, ſed, quod invaſores ſibi ipſi verecundiâ aliquâ , non conſcientiâ edixerint dinumerent. Si hoc, pergit Ærodius, opus Principale putant, imitentur Ampliſſimum Senatum Andegavenſem, *qui non ex Legulejis conſtiterit, ſed ex tot Principibus omnium Gentium quot Patres in eo conſcripti allecti erant*; Quod ſi muniendi oppidi cauſſa , ducendi muri , foſſæ aut viæ publicæ aperiendæ, privatô agrô aut Inſulâ opus eſſet, poſſe pretio ſoluto ſumi ab invitis. Nam nos, Noſtraque concludit Ærodius , Reipublicæ debentur ; Quæ ſi non offerimus ultrò , venditio coacta, non ademtio eſt , ſed condictio repetitioque ab ingrato. Planè adimitur pretio ſoluto non communi ſed quanti æſtimatum à privatis, modo non in infinitum. Equidem nemo ex Gallis arduum hoc Thema melius ac majori cautela tractavit , quàm Johann. Bodinus *Andegavenſis Gallus Libr. I. de Republ. cap.* VIII. quo Jura Majeſtatis accuratè tractat, & Poteſtati Supremæ nil , quod ipſi debetur, detrahit, nil autem ipſi indulget , quod Divina Majeſtas prohibet, memor, Deum Altiſſimum Poteſtatem in Terris ſupremam , non ad peccandum nec perdendum ſed ſui Loco ad Salutem Hominum ſibi ſubjectorum eſſe ordinatam. Principii loco ponit Bodinus *dict. Cap.* VIII. *num.* 102, 103, 104.

pag. 161. *ſeq. Edition. Francof.* MDXCIV. Prin-
cipi alienis opibus ac Bonis manus afferre, aut ea
largiri cuiquam ſine juſta cauſſa non licere adeoque
Imperatorem, ſi vel maximè vellet, aliud alii tribue-
re ac largiri haut poſſe. Quo pertinet illud Tra-
jani Auguſti apud Plinium in Panegyrico: „Feli-
„citatis eſt, poſſe quantum velis, Magnitudinis
„autem velle, quantum poſſis. Sic ex confeſſo
JCtorum Gallorum conſtat, Supremam Poteſta-
tem, ſine violatione Juris Gentium, ne ex utilita-
te quidem & neceſſitate publ. adimere poſſe, Bona
ac fortunas alterius ſine Juſta & ſufficienti compen-
ſatione. Idem & Hiſpani profitentur, & inter illos JC-
torum Hiſpanorum primarius per omnem Orbem
celebris. Fernandus Vasqius *in ſummo Dominio
Regis Philippi Prætorii olim Senator. Libr. I. Contro-
verſiar. Illuſtr. Cap.* V. *num.* 1, *fol.* 38. *fac.* 2. *Edit.
Francofurtenſ.* MDCLXVIII. Ibi: „Principem
„& Civitatem Jura Principis habentem, ex cauſſa
„ob publicam utilitatem, puta beneficio Pacis, vel
„cujuscunque alterius cauſſâ, legitimè privatorum
„Bona alteri tribuere poſſe. Aſt Concluſionem
„illam ſic ſimpliciter intellectam pernicioſam eſſe,
„& contra omne Jus, omnemque æquitatem, inde-
„que non aliter tecipiendam, quàm ſub duabus re-
„quiſitis. Primò, ut ex cauſſa Publicæ neceſſitatis
„vel utilitatis fiat, quæ privatorum utilitati præfer-
„tur, aliter enim injurioſum eſſe; Alterum Requi-
„rum eſſe, ut, ſi fiat, ob publicam utilitatem, adhuc
„tamen non deſinat recompenſatio, aut remune-
„ratio domino illius rei præbenda, ne fiat contra
„Jus Natutæ, quo edocemur, incommoda expen-
„ſamque cujusque Rei Eum ſequi debere, quem
„commoda ſequuntur. Idem ſentiunt Itali &
quidem de pace, recuperanda ſigillatim hoc dedu-
cit Marta JCtus Italus Neapolitanus *Tractat. de Ju-
risdict. Part.* IV. *Centur.* II. *Caſ. CXC. num.* 14. *fol.*
300. *Edition. Avennion.* MDCLXIX. Antonius
Gabriel. JCtus Romanus *Commun. Concluſion. Libr.*
III. *ſub Rubr. de Jur. Quæſit: non tollend. Concluſion.* II.
num. 25. *ibiq; numeroſè* Doctores allegati *fol.* 164.
Edition. Francofurtenſ. ad Mœn. MDLXXVI. Jaſon.
Mayn. *Anteceſſor primùm Piſenſis poſteà Ticinenſis vo-
lum.* III. *Conſil.* XLVI. *num.* 18. *fol.* 174. *Edition.
Francofurt.* MDCXIV. Auguſtin Berojus JCtus
Bononienſis Conſil. CLXXVII. *num.* 30. *fol.* 814.
fac. 2. *Edition. Auguſt. Vindelicor.* MDCI. Jacob.
Menoch. *in Pedemontana Patavina & Ticinenſi Cathe-
dra Juris Cæſarei ac Pontificii Profeſſor, poſteà Regii
Ducaliſque Senator ac Redituum Extraordinariorum
Regiæ Catholicæ Majeſtatis Præſes Mediolanenſis Conſil.*
DCCXLIV. *num.* 9. & 10. *Tom.* VIII. *fol.* 123. *Edi-
tion. Francofurtenſ.* MDCLXXVI. ubi in caſu quo
Dux Mantuæ, ex publica & communi utilita-
te Chriſtianæ Religionis Arma Bellica aliaque
abſtulerat, ad reſarciendum damnum condemna-
tur. In ſimili quoque ubi ex Pace inter Regem,
Galliæ & Hiſpaniæ inita ablata erant Scipioni Bo-
na, judicat Menochius, damnum eſſe compenſan-
dum *Conſil.* CIII. *num.* 26. *ſeqq.* Tom. I. *fol.* 494. In
caſu itidem, quo Dux Mantuæ & Monteferrati, Mar-
chioni de Roſca Vaſallo, certis pactis ab omnibus
oneribus, immuni imponebat onera pro impenſis
Fabricæ Citadelliæ Caſalis, Quod jure ſe poſſe
contendebat Rex, ex ratione, quod pro communi
publicaque Utilitate poſſit Princeps auferre, caſtrum
Vaſalli ſui & alteri tradere; Reſpondet Menochius,
Principem nec pro communi publicaque utilitate
poſſe liberè & abſolutè rem alterius conferre, ſed
teneri vel ſolvere pretium, vel rependendo damnum
tanti valoris rem alteram tradere. *Conſil.* DCCXXI.
num. 26. *Tom.* VIII. *fol.* 64. In eandem Sententi-
am reſpondit Aymon Cravetta *Senator Ducis Ferra-
rienſis*, in caſu, quo Rex Galliæ cum Mercatoribus
Lugdunenſibus pactus erat, ut nullam remiſſionem
debiti quatuordecim mille Librarum intra novem
annos ſolvendarum, peterent, & tamen ob ingru-
entes caſus fortuitos publicos, quos Rex ipſe cauſa-
tus erat, peterent. Reſpondebat Cravetta: Licet
Princeps, quid ob publicam utilitatem faciat, ſi
tamen Privatis ex ea damnum inferretur, illud reſti-
tui debere. *Conſil.* XCV. *num.* 6. & 7. *Tom.* I. *fol.*
180. *Edition. Francofurtenſ.* MDLXXXVII. Eo-
dem modo reſpondit Cravetta pro Municipibus
Serravallis contra Cameram Ducalem, ſeu Fiſcum
Mediolanenſem, qui Decreto publico quædam Bo-
na in Ducatu Mediolanenſi utilitati publicæ appli-
care intenderat, Principem Bona Subditorum non
aliâ ratione utilitatis publicæ gratiâ uſurpare poſſe,
quàm ſi pretia reſtituantur. *Conſil.* DCCCCXXXIII.
num. 7. *fol.* 273. *Part.* V. *fol.* 193. Domin. Tuſch.
Cardinalis Romanus Tom. Concluſion. Practicabil. VI.
Lit. P. Concluſ. DCLXXIX. *num.* 18. *fol.* 295. *fac.* 1.
Edition. Francofurtenſ. MDCXXI. ubi ait: Princi-
pem debere ſubditis conferre potiùs quam aliquid
iis auferre, &, ſi compellatur auferre ob publicas
neceſſitates, debeat providere, ut, quod ab uno au-
fert, eidem per contributionem aliorum emendetur.
Fulvius Pacianus *Ducis Mutinæ Conſiliarius* quæ-
ſitus, utrum Rex Ferdinandus, Pacis acquirendæ
cauſſâ, caſtrum vaſallo auferens compenſare tenea-
tur? Reſpondet, omnino teneri, quia ſumma Po-
teſtas, ſi Reipublicæ cauſſa, Bona alicui auferat, ad
compenſandum obligata ſit, & demonſtrat Regem
compensâſſe, eò, quod Honorato, cui Bona abla-
ta erant, Ferdinandus Rex in locum rerum ablata-
rum Anno MDVI. Civitatem Altemuræm cum
aliis Terris dediſſet, *Conſil.* XXIX. *n.* 68. 70. 97. 98.
fol. 252. *fac.* 2. & *fol.* 255. *fac.* 1. *Edition. Auguſtan.
Vindelicor.* 1605. Accedunt his Vincentius Hon-
dedæus. JureConſultus *Peruſinus in Hetruriâ Conſil.*
LXXXVI. *num.* 6. *Tom.* I. *fol.* 534. *fac.* 1. *Edition.
Norimberg.* 1681. Johann Petrus Surdus, *Senator
Caſalenſis in Inſula Corſica Libr.* II. *Conſilior. ſiv. Re-
ſponſor.* CCIII. *num.* 38. *fol.* 270. *fac.* 2. *Edit. Fran-
cofurtenſ.* MDXCIX. ubi diſerte ait, Principem ex
cauſſa publicæ utilitatis dominium auferentem tan-
tundem reddere debere. Idem ſentit Johann Crot-
tus à Monteferrato, ubi Principem ſeu populum Ju-
ra Principis habentem poſſe quidem ex cauſſa uti-
litatis publicæ ſubdito dominium Rei auferre,
non tamen aliter, quàm ſi Rei æſtimatio detur *Libr.*
I. *Conſil.* CIII. *num.* 22. *fol.* 127. *fac.* 1. & *Libr.* II.
Conſil. CLVI. *num.* 27. *fol.* 22. *fac.* 2. *Edition. Venet.*
MDLXXVI, Marcus Antonius Peregrinus *Ca-
meræ Patavinæ Advocatus Fiſcalis de Fideicommiſſ.
univerſal. Art.* LII. *n.* 128. *pag.* 860. *Edit. Francof.*
MDXCIX. ex ratione, quod Deus Autoritatem haut
tribuerit Imperantibus, ut, quod alienum eſt indebitè
auferant, aliàs Ipſis autoritatem peccandi tribuiſſet;
quod de Ipſo ſine Blaſphemiâ dici non poteſt. Et
in Tractat. de Jur. Fiſci Libr. V. *Tit.* II. *num.* 52. *pag.* 615.
Edition. Colonienſ. Agrippin. MDLXXXVIII. ubi ait:
Satisfactionem condignam reputari pretium Rei
æquivalens. Idem defendit: Franciſcus Marcus
Deciſion. Parlament. Delphinat. CCCXXXVI. *num.*
11. *fol.* 89. *fac.* 2. Et *Deciſion.* CCCLXXXIII. *num.* 1.
& 3.

& 3. fol. 100. *fac.* 1. *& 2. Edition. Lugdunenſ.* MDLXXIX. Adſtipulantur quoque Belgæ, & inter hos Paulus Chriſtinæus *Conſiliarius ac Penſionarius Civitatis ac Provinciæ Mechlinenſis in Practic. Quæſtion Rerumq; in Suprem. Belgar. Curiâ Actar. & Obſervatar. Volum.* 1. *Deciſion.* CXXX. *num.* 10. *fol.* 156. *Edition. Antvverpienſ.* MDCLXX. *Et eodem Tom. Deciſion.* CCLXXXIX. Suffragatur in hoc Andr. Fachinæus, *Profeſſor olim in Gymnaſio Patavino Libr. VIII. Controverſiar. Cap. LXIII. part.* 11. *pag.* 238. *Edition. Colon. Agrippin.* MDCIV. Terrarum etenim Dominos, quanticunque ſunt, id tantum facere poſſe, quod ſecundum Regulas Divinas poſſunt ex Novella LXXXIX. eleganter demonſtrant, & Majeſtatem Imperantibus divinitus conceſſam Legibus Divinis circumſcriptam eſſe oſtendunt JCti Roſtochienſes *Tom. IV. Reſponſor. ab Erneſto Cothmanno Ejus Academiæ quondam Anteceſſore Primario Editorum Tom. IV. Reſponſ.* 1. *num.* 140. *ſeqq. fol.* 14. *Edition. Francofurtenſ.* MDCLXXII. Quod ſi ergo Majeſtas Humana intra terminos, quos Deus Optimus Maximus, cujus Ipſa eſt Imago vivens, ac ſpirans ſempiternis Naturæ Legibus pepigit, manere debet, & urget publica Neceſſitas, aut Pax aliter obtineri nequeat, quàm privatorum detrimento quorum Bona in Hoſtium manibus ſunt, tùm ea pro ſalute Reipublicæ haut gravatè concedere debere poſſeſſores, ita tamen, ut ab univerſis ſarciantur; Apud Germanos, JCtos & Politicos, pleroſque omnes, nullum unquam dubium fuit, quin Summa Poteſtas, ſi Privatorum Bona Neceſſitati ac Utilitati Publicæ adplicanda fuerint, ea vel pretio juſto, vel alio Bonorum Æquipollente ſarciri debeat. Familiam inter illos ducit Georg. Acacius Enenckel Baro Hohenheimenſis *elegante Tractat. de Privileg. Jur. Civil. Libr. III. Cap. VI. num.* 14. *ſeqq. Edition. Francofurt.* MDCVI. ubi ait: „Arduum hoc negotium „Principis Pietati, Juſtitiæ ac Prudentiæ eſſe permittendum: Hunc Bonum Subditorum privatum, „æquè ac publicum, Dei itidem Reverentiam & „Subditorum amorem in conſpectu habere, & auſus in ejusmodi occaſione ita temperare ac moderari debere ut non privatos læſiſſe, ſed Reipublicæ „profuiſſe, & quicquid illis ademiſſe videatur, alibi „reſtituiſſe inveniatur. Eodem modo Principem & Rempublicam adhortatur Matth. Colerus, *qui ſeculo decimo ſexto ut Collegii Juridici in Academiâ Salana Ordinarius & Anteceſſor Primarius claruit. Tractat de Proceſs. Exequut. Part. II. num.* 336. *fol.* 341. *fac.* 1. *Edition. Francofurt.* MDCLI. ubi adſtruit, Principem vel Rempublicam, ſi ex juſtâ cauſsâ, puta, ob utilitatem publicam, Res Privatorum adplicare moveatur, tamen teneri Imperantem ad æquivalens vel ad recompenſationem in pretio ſufficienti. Pertinere enim ſubjungit ex Uldarico Zaſio *JCto Germano Conſil. X. num.* 2. *Volum. II.* ad Principem Bonum, curare, ne dilectionem proximi violet aut juſtitiam offendat, neve tempeſtatis potius plenitudine quam poteſtate à Deo conceſſæ utatur. Imò Imperantes magis Propitium ac Benignum Deum habere, quo diligentius præſtet Subditos illæſos, ex principio Novellæ CXLIX. eleganter deducit Martinus Magerus à Schonberg *Conſiliarius olim Archi-Ducis Auſtriæ, ac Epiſcopi Argentinenſis & Paſſavienſis. Tractat. de Advocat. Armat. cap. VI. num* 354. *fol.* 227. *fac.* 1. *Edition. Francofurt.* MDCXXIII. Ita quoque reſponderunt, JCti Marpurgenſes in Cauſsâ Viduæ Nobilis Privilegium Molendini impetrantis, & jura aliorum intervertentis D. XXIII. Jul. MDCXII. Principē Boni publici cauſſa jus quidem alterius infringere poſſe, aſt non aliter, quam refuſo juſto pretio, vel damno iſtius Rei, quæ alicui Boni publici cauſſa adimitur, ſeu data, ut vulgò loquuntur, compenſatione digna. *Tom. IV. Conſilior. Marpurgenſ. Reſponſ. XXXVIII. num.* 97. *fol.* 951. *fac.* 1. *Edition. Francofurtenſ.* MDCXXXI. Memorabili planè Exordio digno quod adponatur integrum hoc Reſponſum coruſcat. „Utinam qui Chriſtiani „vocamur & eſſe volumus, majore obſervantiâ & „ſtudio illud, quòd à Chriſtianis audierat Imperator Alexander Severus, quodque Ipſe per Præconem, quoties aliquem emendabat, dici jubebat,

„quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris:

„Auribus & animis noſtris ingeminaremus! Utinam ex hac Chriſti, Servatoris Noſtri ſummæ „æquitatis Regula *Matth. VII. verſ.* 12. & *Luc. VI.* „*verſ.* 31. omnia conſilia, facta & operationes noſtras æſtimaremus. Sanè non didicerat hoc „Acroama à Chriſtianis modò Imperator Alexander, ſed Natura implantaverat, perinde ac Cajo „Livio, qui in concione Romanâ, ubi de Bello Rhodio conſultabatur, ſentiebat; Neminem fidelius „dare conſilium poſſe, quam Eum, qui id alteri ſuaderet, quod Ipſe, ſi in eodem loco eſſet, facturus „fuerit, apud Titum Livium *Libr. Hiſtor. Roman. XLVII. Cap. X. V. circa fin. pag.* 951. Id quod prudenter quoque à Legatis Electoralibus Brandenburgenſibus in caſu abdicandæ Pomeraniæ adplicatum, & quidem in Repræſentatione ad Statuum Proteſtantium Legatos Osnabrugæ agentes D. IV. Maji MDCXLVI. **Man will Sich auff die Chriſtliche Liebe und Billigkeit und ſonderlich auff die Gerechtigkeit ſelbſt / ſo in allen** Negotiis Humanis **und rechtwåſſigen Gottes Segen und gewůndſchtes Gedeyen giebet / im Widrigen allen Fluch und Unglůck nach ſich führet / und hinterlåſſet und dabey zuforderſt auff die Regul Chriſti Was ihr wollet / das euch die Leute thun ſollen / das thut ihr ihnen auch / Im Gegenſatz aber / Was ihr wollet / das euch die Leute nicht thun ſollen / das thut ihr ihnen auch nicht.** Similiter, quoad compenſationem juſtam, in caſu molendini planè ſimili judicarunt JCti Marpurgenſes, *D VIII. Julii MDCXVIII. Eod. Tom. IV. Conſil. XL. num.* 79. *fol.* 993. *fac.* 1. In eandem Sententiam reſponderunt JCti Wittebergenſes Menſe Octobri MDCXLI. ad Requiſitionem Jacobi **Scherbeln** Conſulis Wiſmarienſis, **hat** Anno MDCXXVII. **die Stadt Wißmar Kayſ.** Guarniſon **eingenommen / welche bald Anfangs ſo wohl zu ihrer ſelbſt als des Orts Verſicherung / die Stadt mit mehrer** Fortification **gegen allen Anlauff und begebende Nothfålle zu verſehen vor nöthig erachtet; Dannenhero ſie dann im folgenden Jahre zum Werck ſelbſten geſchritten / und unter andern in ſolches** Fortification-**Werck und Veſtungs-Bau euren nahe bey der Stadt gelegenen Acker genommen / und euch dadurch zum wenigſten 200. fl. jåhrlicher Hebung und Abnutzung entzogen / derowegen dieſe Frage entſtehet: Ob nicht die Stadt oder der Rath derſelben von andern gemeinen Stadt-Güthern und Aeckern euch ſelbigen Schaden / ſo wohl an** Capital, **als auch biß anhero entrathener Abnutzung hinwiederum zu erſtatten ſchuldig. Ob nun gleich ermeldteter Rath zu ihrer Entſchuldi-**

gung vorwenden will/ daß Sie vor ihre Perſon ſolchen Veſtungs-Bau nicht angeleget/ noch euren Acker darein gezogen/ ſondern ſolches von der damahls in der Stadt gelegenen Kayſerl. Guarniſon und deren Commendanten geſchehen; Sie auch eine Proteſtation, daß ſolches Werck und Veſtungs-Bau ihnen und ihren inhabenden Privilegien zu keinem Nachtheil und Schaden gereichen möchte/ bey dem Commendanten eingegeben; Dennoch aber und dieweil in ſolchen Fällen keinem Privato das Seinige/ was zu gemeiner Wohlfarth angewendet und genommen wird/ ohne Entgeld entzogen/ oder der Schaden vor ſich alleine zutragen/ zugemuthet werden mag/ ſolcher Bau auch/ eurem Bericht nach/ zu gemeinen Schutz/ Rettung und Wohlſtand angeſehen und vollendet worden; So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel/ daß von gemeiner Stadt euch der erlittene Schade/ ſo wohl an Capital/ als auch derer entſtandenen Nutzung/ dafern ihr ſolchen Acker ſonſten ohne Verhinderung genieſſen können/ à tempore moræ nicht unbillich zu erſtatten. V. R. W. Idem ſtatuerunt JCti alii & Politici Germaniæ Celebratiſſimi Ludolph. Schrader. *Anteceſſor olim & Ordinarius Academiæ Francofurtenſis, Imperatorum MAXIMILIANI* II. *& RUDOLPHI* II. *Electorum itidem Brandenburgicorum JOACHIMI* II. *& GEORGII aliorumq́ Germaniæ Principum Conſiliarius Tractat. Feudal.* Part. *IV.* Cap. I. *num.* 29. 30. *fol.* 64. *fac.* 2. *& ſeq. fac.* 1. *Edition. Francofurtenſ. ad Mœn.* MDXCIV. Benedictus Carpzov. *JCtus per Orbem Terrarum Florentiſſimus Electoris Saxoniæ dum erat, Conſiliarius Intimus & Anteceſſor ac Ordinarius Lipſienſ. Jurisprudent. Florenſ. Roman. Saxon.* Part. II *Conſtit. XXXIII. Definit. XVI. num.* 4. 5. 6. *fol.* 716. *Edition. Francofurtenſ. & Lipſienſ.* MDCLXVII. Marquard Freher. *Conſiliarius Palatinus in Not. ad Petrum de Andlo Tractat. de Imper. Germanic. Verb. Tollere alicui rem ſuam, quæ exſtant in Repræſentation. Reipubl. Germanic. pag.* 192. *Edition. Norinberg.* MDCLVII. Martin Rumelin *Anteceſſor in Academiâ patriâ Tubingenſi. Diſſertation. ad Aur. Bull. V. Theſ.* XI. *ibiq́ in Addition.* Johann Jacob Speidelius *Diverſorum Imperii Principum Conſiliarius pag.* 115. *Edition. Stutgardenſ.* MDCLV. Bernhard Greven *Juris Doctor in Concluſion. Jur. Practic. ad Andream Gailium Libr. II. Concluſion.* LVI. *Conſiderat.* I. II. III. *& Concluſ.* LVII. *fol.* 172. *uſq́ ad fol.* 179. *Edition. Francof.* MDCIII. Georg. Everhard. *Anteceſſor quondam Ingolſtadienſis Conſil.* VII. *num.* 36. *fol.* 101. *fac.* 1. *Edition. Auguſt. Vindelicor.* MDCVI. Henning. Arniſæus *de Jure Majeſtatic. Libr.* II. *Cap.* II. *pag.* 338. ubi provocat ad exemplum Arati Syconii, Romanorum & Tiberii damna ſubditis reſarcientium. Chriſtoph. Beſoldus *Diſſertat. Jurid. de Majeſtat. Cap.* IX *pag.* 75. Idem *Libr.* I. *Politic. Cap.* II. §. 46. *in Not. verſic.* 2. *pag.* 97. Philipp. Knipſchild. *Ordinis Equeſtris Suevici in partibus ad Nicarum & Coacharum quondam Syndicus & Conſiliarius, ut & Reipublicæ Eslingenſis Syndicus, Tractat. de Fideicommiſſ. Familiar. Nobil. cap.* VIII. *num.* 392. *pag.* 392. *Edit. Ulmenſ.* MDCLIV. Wolffgang. Heider. *Moral. & Politic. Profeſſor in Inclutâ Academia Salana, Matre mea Alma pia recordatione colenda, Syſtemat. Philoſoph. Politic. cap.* VI. *Theſ.* XI. *pag.* 864. *Edition. Jenenſ.* MDCXXVIII. Johann. Henric. Bockler. *Commentar. ad Grot. de Jur. Bell. ac Pac. Libr.* I. *cap.* I. *§.* 6. *Diſquiſition. de Domin. Eminent. pag.* 120. *ſeq. Edit. Argentorat.* MDLXIII.

[32.] Ubi ſeriò Imperantes admonet, ut in ejusmodi caſibus conſcientiæ rationem habeant, quo ſubditis ſuaſiſſe potiùs quàm imperâſſe videantur, quæ dura ſunt. Digna ſunt, quæ apponantur, verba integra: „Conſcientia eſt, ait Bocklerus, „præſertim Chriſtiano more erudita, quæ Rectores „Civitatum eorumque Conſiliarios interpellat, ne „abuti tam ſancto ſalutis publicæ expediendæ re„medio in animum inducant, ne præproperè, ne „temerè aut avidè in hoc negotio verſentur, ut ca„villationibus Eorum, qui ubique ad extraord. & „ſubſidiaria nec ordine, nec jure, viã affectant, aures „occludant, ut quæ tractatu dura, à tractabiliori„bus benè diſtinguant, ut à Dominationis Herilis, „de qua hîc nil agitur, propoſitis animum defle„ctant. Quanquam ne Herili quidem Imperii in„tentos ratio deficiet, quæ ad moderationem du„cat. Prudentia autem etiam, ubi Jus funda„tum eſt, conſiderabit tempora, animos, fata, ad„eoque quid factum infectumque velit, eliget, nec „in præſens modò rem conficere, ſed in longin„quum diſponere cupiet. Modeſtiæ denique pul„cherrimum opus in eo verſabitur, ſi perſuaſiſſe ma„gis, quàm imperaſſe, civibus, quæ dura ſunt, vide„beris, ſi non verborum modo Comitate, ſed con„ſtante fide civilem ac æquabilem animum iis, qui „publico nomine jacturam faciunt, approbaveris. „Omninò enim bonâ fide ſumma Poteſtas vel com„penſationem civibus, ſi non ſtatim præſentari pot„eſt, vel pactionem Exteris, ad quam Dominii E„minentis ope profectum eſt, præſtabit. Neque „Neceſſitatis Imperio, cujus ad Salutem expedien„dum valuit Autoritas, ad cavillanda, quæ acta „ſunt, utetur. Tota potius adigenda eſt Univerſitas ut Neceſſitati & Utilitati Publicæ ſuccurrat ſubſidiis ſuis, quàm ut uni aut alteri invito detrahantur ſua. Vid. Frideric. Brückmann. *Electores olim Brandenburgici Conſiliarius Intimus, & in Marchiâ Cancellarius, Tractat. de Regalib. §. Soluta Poteſtas ſub Rubro Effect.* V. *Ratione Legum num.* 15. *fol.* 87. *Edition. Francofurtenſ.* MDCXXXII. Et hoc Naturæ & Societati Humanæ conveniens omni Imperanti probè obſervandum eſſe eleganter expreſſit Elegantiſſimus & omnium Optimus Juris Naturæ Interpres Marcus Tullius Cicero, ſilentio, quoad Nomen & Verba, à Prückmanno prætermiſſus, *Libr.* II. *de Offic. cap.* XXI *pag.* 392. *usque ad pag.* 395. Scilicet, dandam eſſe operam, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velint, neceſſitati parendum, nec publicè diminutio fiat de Bonis Privatorum, nec ſinguli calamitatem publicam cum interitu ſentiant; Juvat auſcultare Tullii Acroama auream: „Inprimis, ait, videndum erit Ei, qui „Rempublicam adminiſtrabit ut ſuum quisque te„neat, neque de Bonis Privatorum publicè dimi„nutio fiat. Pernicioſè enim Philippus in Tribu„natu, quum Legem Agrariam ferret, quam tamen „antiquari facile paſſus eſt, & in eo vehementer ſe „moderatum præbuit, ſed quum in agendo multæ „populariter, tutum illud malè dixit: Non eſſe in „civitate duo millia hominum, qui rem haberent. „Capitalis omninò oratio, & ad æquationem Bo„norum pertinens. Quâ peſte quæ poteſt eſſe ma„jor? Hanc enim ob cauſſam maximè, ut ſua tene„rentur Reſpublicæ Civitatesque conſtitutæ ſunt. „Nam etſi, duce Naturâ, congregabantur homines, „tamen, ſpe cuſtodiæ, rerum ſuarum, urbium Præ„ſidia quærebant. Danda etiam opera eſt, ne, quod „apud Majores noſtros ſæpe fiebat, propter Ærarii tenui-

„tenuitatem, aſſiduitatemque Bellorum, tributum „ſit conferendum. Idque ne eveniat, multò ante „erit providendum. Sin qua neceſſitas hujus mu„neris alicui Reipublicæ obvenerit, malo enim al„teri, quàm noſtræ ominari, neque tamen de noſtra „ſed de omni republica diſputo, danda erit opera, „ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velint, neceſſitati „eſſe parendum. Idem ſuſtinuerunt Legati Electorales Brandenburgici in Repræſentatione ad ſtatuum Proteſtantium Legatos Oſnabrugæ Agentes, D. IV. Maji ejusdem Anni MDCXLVI. his verbis: Wie nicht weniger aller Völcker und auch Krieges-Rechte erkennen/ daß von keinem Unſchuldigen die Krieges-Satisfaction und Impenſen zu begehren und anzunehmen / vielweniger daß ſelbiger vor alle Leyden/ und von ſeinem Nechſten in der Noth Hülff- und Troſtloß/ oder gar verlaſſen/ ſondern vielmehr gerettet werden ſolte. Ei quamvis ſint, qui neminem, cui Bona adimuntur, ſentire incommodum cenſent, eò quod juſtum Ei omnino exſolvendum ſit pretium, aut aliud æquivalens tribuendum. Quo minus etenim pretium, aut quod aliàs æquipollentis loco penditur, mentem Eorum, qui pro Sociis patiuntur reddat tranquillam, obſtat vis, quæ Nobis immerentibus, ſecus promerentibus, contra Naturam infertur. Nihil enim Naturæ magis adverſum, quam vis. Quum enim juxta Effatum JCti Florentini, ex *Libr.* I. *Inſtitution.* L. *ut vis* ꝛc. *de Juſtitia & Jure*, inter nos cognationem quandam Natura conſtituerit, nefas & horribile eſt, Hominem Homini etiam quoad Res & Bona vim inferre, ab eo nullo modo laceſſitum. Idcirco, ex Pronunciato Imperotorum Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii gravis hæc videtur injuria, quæ inani honeſtatis colore velatur, ut Homines de Rebus ſuis aliquid facere cogantur inviti. L. *dudum proximis* 14. *Codic. de contrahend. Emtion. Vendition.* Ita ajunt Imperatores Gentiles! Quid Nos chriſtiani?

(38.) Obſtat deinde dolor nativus, quem ſentimus, ſi antiqua Majorum Prædia in alienas videmus tranſire manus. Eleganter hoc exprimit Imperator Chriſtianus Conſtantinus *L. Lex qua tutores* 22. *verſic. Nec verò Codic. de Adminiſtration. Tutor. vel Curator.* Nec domum, ait, vendere liceat, in qua defecit pater, minor crevit, in qua Majorum imagines aut non videre fixas aut revulſas videre, ſatis eſt lugubre. Et ideò non auſus eſt Octavius Cæſar Auguſtus, quum forum Romanum anguſtius faceret, extorquere poſſeſſoribus proximas domus, uti de eo perhibet Cajus Sueton. Tranquill. *Libr.* II. *de Cæſarib. cap.* 56. *pag.* 244. *Edition. Lugdunen.* MDCLXVII.

(39.) Prudenter itaque conſulit Laudatus Cancellarius Brandenburgicus Pruckmannus *dict. loc. fol.* 82. *uſq. ad* 86. quod, ſi caſus publicæ calamitatis inciderit, diſtractionem Rerum ſingulorum flagitans, adhibendas eſſe pervaſiones ad eliciendum conſenſum illorum, quorum intereſt, ut Rem ſuam, ob ſalutem publicam, cui propria ineſt, ad alterum abire, aut interire ſinat; Sin admonitionibus haut obtemperaverit, ſubditis ſatius eſſe aliâ ratione conſulere, quam invitis Rem propriam auferre. Sanè ex præcepto Salvatoris optimum eſt, Nemini in ejusmodi caſibus facere, quod Sibi fieri negant Imperantes, uti ſupra nu. 30. in Tractatibus Pacis Oſnabrugenſibus pulchrè demonſtrant Legati Electorales Brandenburgici.

(40.) Sed ita quidem piè & ſalubriter procedunt Imperantes, ſi Ipſis integrum eſt. Aſt ſi Res non in Ipſorum, ſed in Belligerantium manu, qui ipſam reſtituere negant, ſed jure Belli ſe retinere velle clamitant, aut, ſi aliàs Reipublicæ interituræ conſuli nequeat, tum recurrendum eſt ad flebile compenſationis & patientiæ Beneficium.

(41.) Quod enim in poteſtate noſtra non eſt avertere, illud Providentiæ Divinæ committendum, cujus Judicia juſta quidem, nobis autem ſæpius occulta.

Artic. XVII.

De Reſtitutione Ducis Palatini in Ducatum Neoburgicum.

TENOR TRANSACTIONIS.

Als auch Hertzog Otto Heinrichs Pfaltzgrafen halben fürkommen / und durch ſeinen Geſandten ſupplicirt/ und gebeten worden / Jhme bey der Römiſchen Kayſerl. Majeſtät zu befördern/ haben Wir/ ſamt der Churfürſten Geſandten / erſcheinenden Fürſten und der Abweſenden Bottſchafften / bey hochgedachter Kayſerl. Majeſtät alle getreue Fürwendung gethan / und erhalten / daß Er und ſeine Landſchafft bey dem Fürſtenthum Neuburg/ und ſeiner Zugehörung gelaſſen werde / und bleiben möge. Verſio Latina hæc eſt: „Quodque „Ducis Otto Henrici Palatini nomine, perque ſuos „Legatos ſupplicatum rogatumque eſt, nempe ut „Romanæ Imperatoriæ Majeſtati commendare„tur, fida Nos pariter cum Electoribus, Legatis, „comparentibus Principibus, & abſentium Nun„ciis promotione apud prædictam Cæſaream Ma„jeſtatem præſtitimus, atque effecimus, ut ſua ſibi „Ditio in Principatu Neoburgi ſuis cum pertinen„tiis maneat.

CONSPECTUS.

Oſtendit quàm turpiter Dux Otto Henricus Palatinus Neoburgum Exercitui Cæſareano dederit ex Hiſtoriâ Thuani.

OBSERVATA.

(1.)

Quàm turpiter Neoburgum ſeſe Anno MDXLVI. Cæſareanis dederit, memorat Jacobus Auguſtus Thuanus *Libr. Hiſtoriar. II. fol.* 61. *Litt. E. F.* Ibi: „Cæſar tam potenti exercitu firma„tis viribus, quod ignaviæ antea ab hoſtibus tribue„batur, in laudem vertit, boni ſiquidem Ducis eſſe, „non niſi conjunctis viribus quidquam aggredi & „videre ne interea ad prælium decernendum coga„tur, cum de Neoburgo, quod eſt oppidum tribus „ſupra Ingolſtadium milliaribus, obſidendo in con„ſilio ageretur, variarunt ſententiæ, aliis propter „comeatûs commoditatem & lignorum atque aquæ „abundantiam, tum quod eo capto omnia ad Mo„nacum uſque, præcipuum Vindeliciæ oppidum, „Cæſareano exercitui libera eſſent, expeditionem „urgentibus; aliis propter periculum, quod maxi„mum impendebat, ſi exitu inceptum careret, ab ea „diſſuadentibus, heic Cæſar, qui omnino aliquid „audendum ſibi propoſuerat, fortunæ ſuæ confiſus, „ipſe

„ipſe eo ire conſtituit, ut loci ſitum comtemplaretur, antequam de obſidione decerneret, igitur eo „ad Neoburgum contra Albani ſententiam, profe„cto, comitantibus Franciſco Ateſtino, P. Columna „& Caſtaldo, ſtatim Oppidani, inopinato ipſius ad„ventum territi, miſſis Decurionibus de deditionis „conditionibus paciſcuntur; Præſidiarii item, de „Oppidanis veriti, pariter ignominioſis conditio„nibus ſeſe dedunt. Miſſus Melenianus, qui Cæſa„ris nomine, accepta fide, deditis parceret, Arx, „quod Ottonis Henrici Familiæ Bajoaricæ Princi„pis eſſet, qui nuper ad Fœderatos defecerat, à Mili„tibus crudeliter direpta eſt: Alip. Madrucius cum „IↃ cc. præſidiariis oppido imponitur.

Artic. XVIII.

De Relaxatione Comitis de Solms aliorumque captivorum.

TENOR TRANSACTIONIS.

Es ſoll auch Graff Reinhardt von Solms/auf gebührliche Verſicherung / desgleichen auch alle andere/ſo von allen Theilen gefangen oder verſtrickt / ihrer Gefängnis / Verſtrickung oder Verhafftung / auff obbeſtimmten eilfften oder zwölfften Tag Auguſti, ohne Entgeltnüs auch erledigt und bemüſſiget werden. Verſio Latina ita ſe habet: „Reinhardus quoque à Solms Comes juſta cautio„ne facta, cæterique omnes utrinque capti, ad præ„ſtitutum diem undecimum ſive duodecimum Au„guſti abſque diſpendio libertate donentur.

CONSPECTUS.

(1) Juris Gentium eſt, ut captivi in Pace conditâ libertatem ſemper obtineant. (2) Comes Reinhardus de Solms, de cujus Liberatione hîc agitur, quis fuerit.

OBSERVATA.

(1.)

Jure Gentium cautum eſſe, ut captivi, Bello compoſito, dimittantur, & in Pace libertatem ſemper obtineant, oſtendit Hugo Grotius *Libr.* III. *cap.* IX. *§.* IV. *num.* 3. Quod & ritè obſervant Conditores hujus Tranſactionis.

(2.) Erat Reinhardus Comes de Solms, cujus mentio in hoc Articulo facta, Eques & Conſiliarius Karoli Vti quem in Bello Germanico, ut deſignatum demolitorem propugnaculorum, Caſſel, Gieſſen & Rüſſelsheim captivum detinebat Landgravius fortè fortuna à paucis Equitibus paulò ante hanc expeditionem interceptum, uti ex Wilhelmi Dilichii *Chronico Haſſiaco fol.* 317. *&* 320. refert Fridericus Hortleder *ad hunc Articulum Tractat. de cauſſ. Bell. Germanic. Libr. V. cap. IX. fol.* 1322.

Artic. XIX.

De Marchione Brandenburgico Alberto Tranſactioni Paſſavienſi includendo, ſi intra duos Menſes milites ſuos exauctoraverit, Tranſactioni adhæſerit, neminiq; damnum porrò intulerit.

TENOR TRANSACTIONIS.

Da auch Marggraff Albrecht von Brandenburg gleicher Geſtalt / von ſeiner Kriegs-Ubung abſtehen / und in der obbenannten Zeit / ſein Kriegs-Volck urlauben / und dieſen Vertrag ſeines Theils annehmen und bewilligen / auch mitlerweil den friedlichen Anſtand halten / und durch ſich und ſein Kriegs-Volck / weiter niemand beſchädigen / und beſchweren würde / ſo ſoll er auch darinn begriffen ſeyn. Verſio Latina ita ſe habet: „Quod ſi „Albertus Marchio Brandenburgenſis Bello ceſſe„rit, ac intra tempus præfixum militem dimiſerit, „hanc quoque Tranſactionem ſuâ parte probave„rit, Induciasque ſervaverit, nec ipſe cuiquam mi„lesque ſuus damnum dederit, his etiam comple„ctetur.

CONSPECTUS.

(1) Turbæ Marchionis Brandenburgenſis Alberti in Imperio excitatæ. (2) Quamobrem Tranſactionem Paſſavienſem acceptare noluerit Marchio. (3) Agnitio peccatorum ſuorum, & placitus vitæ exitus.

OBSERVATA.

(1.)

Quantas turbas in Imperio Romano-Germanico excitaverit Albertus, Marchio Brandenburgenſis, præſertim contra Epiſcopos Bambergenſem ac Herbipolitanum, Civitatem itidem Norimbergam, & quemadmodum ab Imperatore Karolo Vto bis proſcriptus & Terris ſuis ejectus ſit, *Tomo II. integro Libr. VI. de Cauſſ. Bell. Germanic.* usque ad finem recenſent Fridericus Hortlederus, & Johann. Sleidanus *maximâ parte Libr. XXV.*

(2.) Detrectavit autem Tranſactioni huic adhærere ex cauſſis quas Ipſe enumerat, quarum (1.) Tranſactionem Ipſi eſſe detrimentoſam. (2.) Ipſum ad hosce Tractatus non eſſe vocatum. (3.) Nunquam Sibi exemplum Compoſitionis amicabilis eſſe editum, ex quo cognoſcere licuerit, conditiones, quomodo cum Imperatore tractandum. (4.) Se maluiſſe exſpectare eventum Earum Rerum, quarum gratiâ ſuſceptum fuiſſet Bellum, quàm adhærere Tranſactioni Paſſavienſi, aut ſigillatim cum Cæſare paciſci. Juvat ipſa Marchionis adducere verba: **Daß Wir aber gleich andern Chur- und Fürſten die Paſſauiſche Vertrags-Handlung nicht angenommen / iſt kürtzlich die Urſach / daß Wir daſſelbige zuthun nicht ſchuldig geweſen / auch ſolchen Vertrag Uns / wie andern mehr Ständen / anzunehmen oder nicht / in unſer Willkühr geſtellet worden. Zum Andern / daß Uns auch ſolche Vertrags-Handlung auß guten Urſachen / nicht gefallen / und zum höchſten beſchwerlich geweſen / wie man deſſelben Nutzen / im Werck wohl befunden. Zum Dritten / ſo haben Wir von den Capitulaten dieſes Vertrags nichts gewuſt / ſeynd auch derſelben im Tractat nie berichtet / und alles hinter Uns geſchloſſen / und durch Hertzog Moritzen gegen Uns zum höchſten verneinet worden. Zum Vierdten / als etliche Chur- und Fürſten mit Uns ſonderlich gehandelt / daß Wir in ſolche Vertrags-Handlung bewilligen ſolten / iſt doch weder denſelben Chur-**

und Fürſten / noch Uns einige Vertrags-Copeyen zugeſchickt worden / daraus Wir wiſſen mögen / ob Uns ſolche Vertrags-Handlung annehmlich / oder nicht; Es mag vielleicht bey etlichen / und ſonderlich Hertzog Morizen Seeligen die Meynung dahin geſtanden ſeyn / wenn Heſſen und Mecklenburg / neben Ihm / von Uns geriſſen / daß Wir denn / ob Wir gleich nicht gerne wolten / die Vertrags-Handlung annehmen müſten / und derowegen Uns der Capitulata zu berichten vonnöthen gehabt / damit der Vertrag durch Uns nicht auffgehalten werde. Zum Fünfften / ob und wie aber die Paſſauiſche Vertrags-Handlung / beyden Fürſten / Hertzog Hanns Albrechten / auch Landgraff Wilhelmen gefällig geweſen / und was Ihren Liebden auß ſonderbahren Urſachen / zu Annehmung derſelbigen beweget / das iſt Ihren Liebden / ſo wohl als Uns / unverborgen / geben es auch ihre zwiſchen Ihren Liebden und Uns ergangene Schrifften / noch zu erkennen. Wir wolten auch für Unſere Perſon / der Zeit nicht allein der Paſſauiſchen / ſondern auch Unſerer mit Kayſerl. Majeſtät ſelbſt gepflogenen Vertrags-Handlung auß oberzehlten und andern mehr Urſachen / lieber übrig geweſen / und die Verhut geſehen haben / ſo lange biß die Sache in den Stand / darum ſie angefangen / von denjenigen / laut ihrer Außſchreiben hinaußgeführet / und einer nach dem andern / Uns allein / nicht in Stich geſetzet hätte / dadurch Wir Uns mit Kayſerlicher Majeſtät zu vertragen / deſto mehr verurſachet worden / auff daß Uns mit Grund nicht auffzulegen / (inmaſſen durch Unſere unwarhaffte Feinde geſchicht) daß Wir Willen oder Luſt gehabt hätten / für uns ſelbſt allein Krieg in Teutſchland zu führen / da Wir doch dazumahl die Gelegenheit wohl gehabt / daß Wir / wo Wir Unſern eigenen Nutz geſucht / wohl zu andern Verträgen und mehrern Dingen zu kommen gewuſt / derowegen Wir gegen Männiglich wohl und billich entſchuldiget gehalten werden.

(3.) Poſtquam peccata ſua agnovit, & ſeriò pœnituit placidè in Deo ex hoc mundo migravit Marchio Albertus Anno MDLVII. *vid. Hortleder. laudat. Libr.* VI. *cap.* XXIX. *&* XXX.

Artic. XX.

De Controverſiis inter Henricum Iuniorem Brunovicenſem & Proceres atque Patricios Civitatis Brunovicenſis per Commiſſarios Cæſareos ſopiendis, hâc tamen Lege ut dictis Patriciis ante omnia Bona ablata reſtituantur, Deque *Mandatis Cæſareis, ut ne Dux, ſub pœna fractæ Pacis Brunovicenſis in Bonis ac Fortunis, ſylvis præſertim turbet.*

TENOR TRANSACTIONIS.

So viel dann obgemeldter Braunſchweigiſcher Junckern begehrte Reſtitution ihrer Häuſer und Güter / deren ſie durch Henrichen den Jüngern / Hertzogen zu Braunſchweig entſetzt / auch Schuld-forderung belangend / ſoll die Kayſerl. Majeſtät gedachter Hertzogen / zu Verhütung allerhand mehrer Weiterung und Beſchwerung / ſo hierauß folgen möchte / auch ſonderlich zu Beforderung Ruhe und Einigkeit im Heiligen Reiche / und um gemeines Friedens und Nutzens willen / beyde Churfürſten zu Sachſen und Brandenburg / auch Marggraff Hans zu Brandenburg / und Hertzog Philipſen zu Pommern und Ihrer Majeſtät Commiſſarien verordnet / und Ihnen auß Ihrer Kayſerl. Majeſtät Macht / Vollkommenheit / alle Vollmacht / Befehl und Gewalt geben und aufflegen / die Partheyen auffs allerfürderlichſte / ſo es ſeyn mag / an gelegene Wahlſtatt zu erfordern / ſie in allen ihren Gebrechen obbeſtimmte Reſtitution / auch Schuld-Sachen und Forderungen betreffende / nochmahls ſummariè nothdürfftiglich zu verhören / und folgends allen möglichen und äuſſerſten Fleiß fürzuwenden / die in der Güte zu vertragen / wo ſie auch befinden / daß Hertzog Heinrich den Junckern / vermög ſeiner unwiderleglichen Brieffe und Siegel etwas zu thun ſchuldig / alsdann ihn hierin der Billigkeit zu weiſen / und zu vergnügen / im Fall / da je die gütliche Vergleichung / bey einem oder beyden Theilen entſtünde / alsdann im Nahmen Ihrer Kayſerlichen Majeſtät die Braunſchweigiſche Junckern / ihrer entwendeten Häuſer und Güter / alsbald würcklich zu reſtituiren / einſetzen / und darinn zu ſchützen / und zu ſchirmen / auch ſolche gütliche Vereinigung oder würckliche Reſtitution auffs längſte innerhalb dreyer Monaten / den nechſten nach Beſchluß und dato dieſes Vertrags / gewißlich zu verrichten und zu vollziehen / doch mit Vorbehaltung jedem Theil ſeiner Sprüch- und Forderungen / ſo ſie zu- und gegen einander haben möchten / dieſelbigen als dann nach erfolgter Reſtitution an Orten und Enden zu ſuchen und außzuführen / wie ſich gebühret und Recht iſt. Es ſollen auch die Kayſerliche Majeſtät / Wir und die erforderten Churfürſten / Fürſten / obbemeldte Commiſſarien bey dem / ſo Sie zu Folge ſolcher Commiſſion, handelen würden / ſo viel ſich gemeinen Land-Frieden und Reichs-Ordnungen nach zu thun gebühret / gnädiglich und freundlich ſchützen / ſchirmen und handhaben helffen. Darneben ſoll die Kayſerliche Majeſtät zum fürderlichſten ein ernſtlich Mandat, bey Pön der Acht / an Hertzog Heinrichen außgehen laſſen / die Braunſchweigiſche Herren und Junckern / an ihrem Leib / Haab und Gütern / auch inſonderheit ihrem Gehöltze / biß zu ſolchem der Kayſerl. Commiſſarien endlichen Verhör Vergleichung zu der Reſtitution nicht zu beſchweren / noch ihre Höltzer zu verwüſten. Verſio Latina hæc eſt: „Quodque poſtulatam Brunovicenſium Procerum, Eorumque Poſſeſſionum Reſtitutionem, „quibus à Duce Brunovicenſi orbati ſunt, æsque alienum ſpectat, ad cavenda vitandaque alia majora Gravamina inde ſequutura, contraque componendæ Pacis cauſſâ, & Sacri Imperii Tranquillitate „conſervandâ Interceſſores dabit ſeu Commiſſarios „Cæſar. Maj. utrumque Electorem Saxonicum & „Brandenburgenſem, Johannem quoque Marchionem Brandenburgenſem, & Philippum Ducem „Pomeraniæ, Plenam Eis Poteſtatem cum pleno „Mandato tribuens, Principales Ipſos aptum idoneumque in locum quantocyus fieri poteſt vocandi, ad tranſigendam & reſtitutionis & æris alieni „controverſiam, idque ſummariè prout neceſſitas „poſtulaverit, quàm quoque accuratiſſimè fieri poterit. Ac ſi comperiant Pacatores & Interceſ„ſores Ducem Henricum Juniorem obligatum Pro-

„ceribus absque juſta exceptione æquitatis Eum „commonefaciant. Cæterum autem ubi res alte„rius vel etiam utriusque Partis difficultate cul„pave componi non poſſet, Cæſareæ Majeſtatis No„mine Proceres confeſtim ac immediatè ſuis Re„bus Poſſeſſionibusque reſtituantur, trimeſtri ad „ſummum ſpatio poſt concluſam hanc factamque „Transactionem, ſalvis utrique Parti ſuis Actioni„bus, ac Petitionibus mutuis, poſt reſtitutionem lo„co apto idoneoque, ut decet, proponendis. Cæ„ſarea Majeſtas, Nosque ac requiſiti Electores, „Principes dictos Pacatores ſeu Commiſſarios „in iis quæ ſuo Mandato effecerint, & publicæ Paci „prodeſſe putentur, gratioſè atque amicè tuebimur, „defendemus ac manutenebimus. Ad hæc gran„de, ſub Banni Proſcriptionisque interminatione, „Edictum exibit in Ducem Henricum à Cæſarea „Majeſtate, ne qua Procerum Corpori, Rebus ac „Bonis, præſertim autem Sylvis Eorum Dux no„ceat, dum lis ab Interceſſoribus tota audiatur ac „componatur, & illi quoque reſtituantur.

CONSPECTUS.

(1) GRavamina Patriciorum Brunovicenſium contra Ducem Henricum Juniorem primum, Ablatio ovium propemille & ducentorum. (2) Irruptio in pagum Amplebeu Civitati proprium, Ejusque incolarum expulſio, incarceratio, condemnatio ad mortem, & cruciatus miſeri pro extrahendis Tributis. (3) Ademptio redituum Monaſterii Sancti Ægidii intra Civitatem ſiti. (4) Evocatio Conſulum ac Senatorum ad Judicium Soldamenſe, zu Saltzdalen/ & indictâ cauſsâ in Ducatu Guelpherbytano proſcriptio. (5) Cruciatus Senatorum, Officialium ac Civium Brunovicenſium, ſub obtentu proſcriptionis in Ducatu, à via publica abductorum, & in carcerem conjectorum & interdictum, ne ex Ducatu cuipiam Brunovicenſium reditus debitos exſolvat. (6) Induciarum ad Interpoſitionem Imperii Statuum cum CivitateBrunovicenſi initarum violatio. (7) Multiplicatio onerum, tributorum ac ſervitiorum in Locis Piis ac Bonis Majoraticis, Meyer-Güter: Brunovicenſibus, in Ducatu autem Guelpherbytano ſitis, eorumque Diſtractio & coactio Poſſeſſorum ad abdicanda Bona. (8) Prægravatio Brunovicenſium extra Civitatem habitantium reſpectu Laudemiorum. (9) Novorum Bucolicorum & paſtuum in agris Brunovicenſium apparatus ad detrahenda pecoribus alimenta. (10) Impeditio uſuum Sylvarum cæduarum Civitati Brunovicenſi propriarum. (11) Interclusio viarum & tramitum publicorum, à Civibus & Incolis Brunovicenſibus ultra præſcriptum tempus uſurpatorum, & dejectio pontium à Magiſtratu Brunovicenſi ultra Hominum memoriam in Diſtrictu Ducis exſtructorum. (12) Receptio ac Protectio à Civitate Brunovicenſi perpetuò relegatorum contra Reverſales. (13) Impeditio Commerciorum in Ducatu Guelpherbytano cum Incolis Brunovicenſibus. (14) Ordinatio Parochorum ineptorum ac inutilium in Diœceſi Civitatis Brunovicenſis, quin & Dejectio in eadem Parochorum piorum, Redituum Parochialium violentâ manu detractio. (15) Convitia contra civitatem Brunovicenſem & variorum motuum intentatio. (16) Cæſareorum Mandatorum irriſio, & actuum violentorum propagatio. (17.) Perniciei Civitatis & Incolarum Brunovicenſium Meditatio perpetua. (18) Exceptiones Ducis contra Brunovicenſes in Tractatibus Paſſavienſibus rejectæ, ipſe autem ad Reſtitutionem condemnatur. (19) Pro Satisfactione Patriciorum Brunovicenſium aſſignata eſt ſumma viginti mille Thalerorum, quam Landgravius Haſſiæ Duci exſolvere ſpoſpondit. (20) Tandem priore Seculo Anno MDLXXI. Civitas Brunovicenſis armis coacta Imperio Ducis, ut Municipalis purè ſubjecta eſt.

OBSERVATA.

(1.)

GRavamina Patriciorum Brunovicenſium potiſſima hæc ſunt: (I.) Dux Henricus Civibus Brunovicenſibus in Diœceſi Aſſeburgenſi Civitati Brunovicenſi indubitatè prope mille & ducentas oves, ſub prætextu competentis ſui de ovibus tributi, abſtulit. Verba ipſa Gravaminum adducere juvat: Und damit er ſeinen gefaſten Widerwillen/ durch ſich ſelbſt/ und ſeine beſtellte Diener deſto baß außgieſſen/ an Tag geben / und die gemeine Stadt Braunſchweig unter ſeinen Gewalt/ berührter Stadt und derſelben Einwohnern zu ewigem Verderben und Dienſtbarkeit bringen möchte/ ſo hat Er erſtlich gemeldter Stadt Braunſchweig Unterthanen/ im Gericht Aſſenburg 1200. Schafe mit eiteler That gewaltiglich nehmen laſſen. Dann ob wohl einem Rath der Stadt Braunſch. das Gericht Aſſenburg / ſampt ſeiner Zu- und Eingehörungen / mit aller Gerechtigkeit / Jurisdiction, Gerichtbarkeit / und anderm zuſtändig / des auch alſo über Menſchen Gedencken / im ruhiglichen Brauch und Gewähr geweſen/ ſo hat doch gemeldter Rath nicht auß Pflicht/ wie ſie dann auch deß / laut gedachtes Jüngers von Braunſchweig gegeben und beſiegelten Revers, nicht pflichtbahr geweſen/ ſondern auß lauter Gutwilligkeit/ dem Jüngern genanten von Braunſchweig obgemeldtet/ auff ſein vielfaltig Anſuchen und gnädiges Erbieten / verſtattet und nachgehengt/ berührte ihre Unterthanen des Aſſenburgiſchen Gerichts/ doch in alle Wege ihrer habenden Freyheiten / Brieffen/ Siegeln/ und gegebenen Reverſen unnachtheilig und unvorgreifflich/ neben anderer ſeiner Landſchafft/ mit einer verjährigen Schafe-Schatzung/ das iſt/ von jedem Schafe jährlichen ein Marien-Groſchen zu belegen. Als aber etliche Einwohner des Gerichts Aſſeburg ihre Schafe zum Theil/ wie es der Jünger von Braunſchweig und ſeine abgerichtete Amtleute fürgeben/ und doch auff den heu-

tigen

rim inſtar Mantiſſæ annectere Erneſti Ludovici Cortreji, Conſiliarii Anhaltini Interpretationem cap. Venerabilem XXXIV. X. de Electiōn. & Elect. poteſtat: Eam adduco hac verborum ſtructurâ: Venerabilem (1. & infr.) *Inter cætera verò quidam Principes hâc præcipuè objectione ſunt uſi, dicentes, quod Apoſtolicæ Sedis Legatus aut Electoris geſſit, aut Cognitoris perſonam. Si electoris, in meſſem alienam miſerat falcem ſuam, & electioni ſe ingerens, Principum derogaverat Dignitati. Si cognitoris, abſente alterâ Partium, videtur perperam proceſſiſſe, quum citata non fuerit, & ideo non debuit contumax judicari.* (2. & infr.) *Verum illis Principibus jus & Poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, recognoſcimus, ut debemus, ad quos de jure ac antiquâ conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim quum ad Eos Ius & Poteſtas hujuſmodi ab Apoſtolica Sede perverit, quæ Romanum Imperium in perſonam Magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & Principes recognoſcere debent, & utiq; recognoſcunt, ſicut iidem in noſtra recognovêre præſentiâ, quod Ius & Autoritas examinandi Perſonam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad Nos ſpectat, qui Eum inungimus, conſecramus & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſervatum, ut ad Eum examinatio Perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Numquid etiam, ſi Principes non ſolùm in Diſcordiâ, ſed etiam in Concordiâ, ſacrilegum quemcunq; vel excommunicatum, in Regem, Tyrannum vel fatuum Hæreticum eligerent, aut Paganum, nos inungere, conſecrare ac coronare hominem hujuſmodi deberemus? Abſit omninò Objectioni ergo Principum reſpondentes, aſſerimus, quod Legatus Noſter, approbando Regē, & reprobando Ducem, nec Electoris geſſerit Perſonam, utpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, nec Cognitoris, cum neutrius Electionem, quoad factum Eligentium, confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Exercuit autem Denunciatoris Officium, quia Perſonam Ducis ejuſdem indignam, & Perſonam Regis denunciavit idoneam, quoad Imperium obtinendum, non tam propter ſtudia Eligentium quàm propter merita electorum. Quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum, de jure ac de conſuetudine obtinent poteſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in ipſum Regem, & ex eo quod fautores Ducis, abſentibus aliis & contemtis, ipſum eligere præſumſerunt, pateat eos perperam proceſſiſſe, cum electioni plus contemtus unius, quàm contradictio multorum obſiſtat.* (3. & infr.) *Nos utiq; non Ducem, ſed reliquum reputamus & nominamus Regem, juſtitiâ exigente.* (4. & infr.) *Quod autem, quum in electione vota Principum dividuntur poſt admonitionem & expectationem, alteri partium favere poſſimus, maximè poſtquam à nobis unctio, conſecratio & coronatio poſtulantur, jure patet pariter & exemplo. Numquid enim ſi Principes, admoniti & expectati, vel non potuerunt, vel noluerunt in unum propoſitum convenire, Sedes Apoſtolica Advocato & Defenſore carebit, eorumq; culpa ipſi redundabit in pœnam? Sciunt autem Principes, quòd, quum Lotharius & Conradus in diſcordiâ fuiſſent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad ejus gratiam redeunte. Eos igitur duximus commonendos, ut à præfato Duce, juſto quidem à nobis judicio reprobato, recedant, & præfato Regi non abnuant adhærere, niſi tunc demum contra perſonam vel factum, legitimum quid ab eis objectum fuerit & oſtenſum* (& infr.) *Sunt enim notoria impedimenta Ducis, ſcilicet excommunicatio publica, perjurium manifeſtum, & perſequutio divulgata, quam progenitores ejus & ipſe præſumſerunt in Apoſtolicam ſedem & alias Eccleſias exercere. Fuit quoq; à prædicto noſtro excommunicationis vinculo innodatus, quod poſtmodum recognovit, dum per nuncium ſuum abſolutionis beneficium poſtulavit: unde patet, quod ipſe fuit excommunicatus electus.* (5. & infr.) *Idem etiam contra proprium juramentum, ſuper quo nec conſilium à Sede Apoſtolicâ requiſivit, ambitionis vitio, regnum ſibi uſurpare præſumſit, cum ſuper illo juramento priùs Romana Eccleſia conſuli debuiſſet. Nec valet ad plenam excuſationem ipſius, ſi juramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus ſemper eo nos priùs conſulere debuiſſet, quàm contra ipſum propriâ temeritate venire, præſertim illo exemplo, quòd quum Gabaonitæ à filiis Iſrael, per fraudem, ſurripuerint juramenta, ipſi tamen, cognita fraude, contra illud venire temerè noluerunt. Vtrùm verò dictum illud juramentum ſit licitum vel illicitum, & ideo ſervandum an non ſervandum extiterit, nemo ſanæ mentis ignorat ad noſtrum judicium pertinere.* (6. & infr.) *Inſuper, ſi prædictus Dux imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & imperium obtinendi, de cætero, cæteris fiducia tolleretur. Nam ſi, prout olim, frater dicti Ducis, patri eorum, ſic Dux ipſe fratri ſuo ſuccederet, videretur imperium non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi, & in præjudicium Principum redundaret, ſi, non niſi de domo Ducis prædicti, videretur aliquis ad imperium aſſumendus.* (7. & infr.) *Nobilitatem ergo tuam monentes, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus à præfato Duce recedas omnino, non obſtante juramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cum (eo quantum ad obtinendum imperium reprobato) juramentum hujuſmodi non debeat obſervari.*

CAP. I.

Cauſſam Decretalis impulſivam ex rerum Germanicarum Monumentis repetit.

CON-

CONSPECTUS.

(1) IMperii Romano-Germanici Status Seculo XI. & XII. à Pontificibus miſerè dilaceratus. (2) Pontifices omnium Orbis Chriſtiani controverſiarum judices ſeſe conſtituêre ἀνυπευθύνους, Electiones quoque Regum Romanorum reſcindentes. (3) Fridericus, adhuc infans, à Patre Henrico VI. Succeſſor in Imperio deſignatus, approbantibus id, poſt mortem Henrici, in conventu Haganoenſi, multis Imperii Proceribus, & patruo ipſius Philippo, Tuſciæ Duci, vices Imperii, uſque ad majorennitatem Friderici, delegantibus. (4) Pontifex Innocentius III. Decretum reſcindit, adjectis minis atrocibus, indeque Bertholdus, Zaringiæ Dux, in Diætâ Andernacenſi eligitur. (5) In locum Bertholdi, Imperium oblatum recuſantis, in Conventu Mülhuſano, Philippus, Tuſciæ Dux ſurrogatur. (6) Pontifex Philippum anathemate ferit, indeque Imperium defertur Ottoni, ſuſtinente hanc electionem, & coronationem ab Archiepiſcopo Colonienſi factam, Guidone, Epiſcopo Præneſtino, Apoſtolicæ Sedis Legato. (7) Mittuntur ab Imperii quibusdam Principibus, Philippo, Tuſciæ Duci, bene cupientibus, Legati ad Pontificem, ut iniquitatem Legati Sedis Apoſtolicæ demonſtrent; & Faſces Philippi promoveant. (8) Pontifex Legati factum approbat, & in litteris reſponſoriis ad Bertholdum, Zaringiæ Ducem, partes Philippi, cum aliis Imperii Proceribus, tuentis, juſtitiam negotii Sedis Apoſtolicæ, in approbandâ electione Ottonis, oſtendere præſumit; utque partes ipſius Ottonis electi ſuſcipiat, ſeriò Ducem Bertholdum hortatur, ipſique Apoſtolicâ Autoritate hoc injungit. (9) Vita Innocentii III. Pontificis expenditur. Ut & (10) Bertholdi Zaringiæ Ducis, ad quem hæc Decretalis emanavit.

1.

QUàm miſerè Occidentis Imperium, Romanorum Pontificum artibus, & ambitione, ſeculo præſertim à CHRISTO NATO XI. & XII. convulſum ſit, atque dilaceratum, ex Hiſtoriarum monumentis in propatulo eſt.

(2.) Quum enim, à temporibus Henrici IV. Imperatores, Pontificum Edictis, falsâ Autoritatis divinæ, & Religionis ſpecie exaſperatis, aſſentirentur, conſtituerunt ſeſe Pontifices, judices ἀνυπευθύνους, omnium orbis Chriſtiani controverſiarum, & poteſtatem ſibi arrogârunt, ſuo arbitrio, quidvis de Imperatoribus & Imperii Principibus ſtatuendi & pronunciandi, adeò ut non dubitaverint Electiones Regum Romanorum reſcindere.

(3.) Quid enim? Impetraverat Imperator Henricus VI. à Principibus Alemanniæ pene omnibus, ut filium ſuum Fridericum, in cunis adhuc vagientem, aſſumerent in Regem Romanorum, eique fidelitatem jurarent, ac Imperatori de hoc facto, litteris ſigillatis, fidem darent publicam, hâc tamen conditione, ut patruus ipſius Philippus, Tuſciæ Dux, uſque ad maturam fratris filii ætatem, Imperio præeſſet, Philippus, Imperatore Anno Chriſti M.C.XCIII. defuncto, omnem operam ſtudiumque in eo collocabat, quò Imperii Principes nominatum Regem Romanorum Fridericum, ut Imperatorem, reciperent, fideique parenti vivo, hoc nomine, datæ ſtarent. Adimplebant promiſſa, in conventu Haganoenſi, ſub directorio Epiſcopi Argentinenſis, Bernhardus, Saxoniæ Dux, Ludovicus, Dux Bavariæ, Dietericus, Marchio Miſniæ, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Epiſcopus Saltzburgenſis, unà cum aliis Baronibus, & Thuringiæ Epiſcopis, & Philippo, nepotis ſui ex fratre vices in Imperio, uſq; ad majorennitatem ejus, delegabant.

(4.) Intercedebat huic inſtituto Pontifex Innocentius III. reſcindendo Decretum, & interdicendo, ut ne Imperii adminiſtratio Philippo Tuſciæ Duci committeretur. In tantum enim exarſerat Pontifex, ut non dubitaret dicere; *Aut Philippo diadema & Regnum, aut Philippus Pontifici inſigne adimat Apoſtolicum*, memorante Joh. Balæo *lib. 5. de Act. Romanor. Pontific. cap.* 117 *pag.* 285, *edit. Lugdun. Batav.* 1615. quod incredibile fermè & relatu difficile videtur Abbati Urſpergenſi *in Chron. & quidem in vitâ Philippi, fol.* 306. *edit. Baſilienſ.* 1569.

(5.) Effecit a. interdicto ſuo Pontifex, ut Archiepiſcopi Colonienſis, Trevirenſis, Palatinus Rheni, multique Epiſcopi & Proceres Imperii in alia omnia irent, & in Diætâ Andernacenſi Bertholdo, Zaringiæ Duci, ſuffragarentur. Hic, ſibi ipſi diffidens, ſuffragiis abnuit, Imperiumque recuſat. Quo evenit, ut in Comitiis Mülhuſanis eligeretur, Philippus Tuſciæ Dux.

(6.) Aſt neque hoc ad palatum Pontificis, qui Philippum anathemate feriebat, adeoque hujus impulſu, Imperium Ottoni, Henrici Leonis Bavari, & Saxoniæ Ducis filio defertur, ipſeque ab Adolpho, Archiepiſcopo Colonienſi, coronatur.

(7.) Quumque hanc electionem & coronationem Legatus Papæ, Guido, Epiſcopus Præneſtinus, ſuſtineret, Principes Imperii, qui Philippo bene cupiebant, per Legatos ſuos Adalbertum Archiepiſcopum Salisburgenſem, Eberhardum de Rhordorff, Abbatem cœnobii Salem; & Dietericum, Miſniæ Marchionem, id temporis dictum Orientalem, Pontifici iniquitatem Guidonis, Legati Apoſtolici demonſtrant.

(8.) Pontifex factum Legati ſui in litteris, non ad Bertholdum modò, Zaringiæ Ducem, ſed & Johannem, Angliæ Regem, Archiepiſcopos Magdeburgenſem, Colonienſem, Trevirenſem, Bremenſem, Cantuarienſem, Saltzburgenſem, Patriarcham Aquilejenſem, Capitulum Hildesheimenſe, Comitem de Viana & Taisburg Gothofredum de Appelſtein, Guarnerum de Bolland, aliosque Proceres approbabat, utque, repudiato Philippo, Ottoni faverent, enixè contendebat. Memorant hæc fusè Cunradus à Lichtenau *in Chronico ſuo, & quidem in geſtis Henrici VI. fol.* 305. *ſeqq. & geſtis Philippi fol.* 308. *ſeqq.* Johann. Aventin. *lib. Annal. Bojic. fol.* 527. *ſeqq.* ubi notabiliter exclamat: Quis aliam „tantæ diſcordiæ inter Chriſtianos cauſam attulerit, niſi Romani Epiſcopi ſpectaculum, quaſi paria „componentis. Jung. Platina *in vit. Innocent. III. pag.* 214. *ſeq. Edit. Colonienſ.* 1600. Inprimis verò Bertholdo, Zaringiæ Duci, qui partes Philippi, unà

cum aliis Imperii Principibus, ſuſceperat, in Reſponſione, quam exhibet *capit. Venerabilem* 34. *X. de Electhion. & Elect. poteſtat.* demonſtrare præſumit Pontifex juſtitiam negotii à Legato Sedis Apoſtolicæ geſti, & elidere laborat rationes, à Bertholdo cæterisque Imperii Principibus, pro ſuſtinendo Philippo, ſibi objectas, utque Ottoni applaudat ſeriò monet, & Apoſtolicâ Autoritate mandat.

(9.) Erat autem Pontifex Innocentius III. natione Campanus, patria Anagninus, ex Comitum Familia deſcendens, in Cœleſtini locum, concordantibus, in ejus electione Cardinalibus, ſuffectus vid. laudat. Balæum *de Act. Pontif. pag.* 284. *ſeqq.*

(10.) Emiſſa eſt hæc Epiſtola ad Bertholdum Ducem Caringiæ, uti vulgata habet, rectius tamen legitur Zaringiæ. Bertholdus iſte hujus nominis IV. dicitur Dux Zaringiæ à Caſtro Zaringen, quod pater ipſius Bertholdus III. in Brisgoja ædificavit, omni aliàs territorio deſtitutus. Hic verò Bertholdus adeò fortunatus, ut & urbem & caſtrum Briſacenſe exſtrueret. Refert de hoc Bertholdo laudatus à Lichtenau, in vita Philippi fol. 306. circa fin. fuiſſe ipſum avariſſimum, omnique iniquitate plenum, & ad ſceptra Imperii denominatum, non quòd juſtus poſſet eſſe videri, aut deligere veritatem, ſed quia pecunioſus videbatur.

CAP. II.

Interpretationem Decretalis Scholaſticam & Ætiologicam exhibet.

CONSPECTUS.

(1) EXponitur particula Infra. (2) Suppletur Textus Decretalis, (3) Cur venerabilem appellet Pontifex Archiepiſcopum Saltzburgenſem? (4) Cur Fratrem? (5) Cur Abbatem Cœnobii de Salem nuncupet Pontifex Filium Dilectum? (6) Archiepiſcopi nomine quis denotetur? (7) Deſcribitur Dignitas & Præcellentia Archiepiſcopi. (8) A quibus Archiepiſcopus olim conſtitutus. (9) Recenſentur Archiepiſcopatus Imperii Romano-Germanici. (10) Cur Archiepiſcopus Salisburgenſis Dicatur Legatus Apoſtolicus natus. (11) Archiepiſcopus Magdeburgenſis, & Bremenſis in Ducatus converſi. (12) Vox Nobilis & Nobiliſſimus quibus olim tributa. (13) Litteræ Pontificis Recredentiales. (14) Recitatur particula litterarum à Proceribus Imperij ad Pontificem perſcriptarum. (15) Suppletur Decretalis. (16) Sedes Apoſtolica quæ olim dicta, & quæ nunc ita audiat. (17) Cognitor quis dicatur? (18) Principes Imp. Legatum Pontificis pro cognitore non agnoſcunt, quia procedebat, alterâ parte nec citatâ nec auditâ. (19) Accuſatori credi non debet ante utriusque partis juſtam diſcuſſionem. (20) Pro contumaci haut æſtimandus, qui nec citatus eſt nec auditus. (21) Confeſſio Pontificis, Jus & Poteſtatem eligendi Imperatorem Romano-Germanicum ad Imperij Principes antiquâ pertinere conſuetudine. (22) Oſtenditur id Decreto Comitiorum Herbipolenſium de Anno 1266. (23) Electio Imperatoris, ſanguineis ſæpe contentionibus ab Imperii Principibus peracta, tandem, tranquillitatis publicæ ergo, ad ſeptem Imperii Electores pervenit. Non tamen autoritati & Conſtitutioni Gregorii V. hoc deberi oſtenditur. (24) Remiſſivè ad Juris Publici Doctores Bellarminum ſolidè refellentes. (25) Oſtentatio Papæ in translato Imperio Romano ad Carolum Magnum. (26) Titulus Magnifici, cui olim tributus? (27) Refutatur jactantia Pontificis de ſolitaria translatione Imperii ad Carolum Magnum, & oſtenditur non ſolùm Leonem Pontificem, ſed populum Romanum univerſum, cujus caput Leo erat, transtuliſſe Imperium Romanum ad Carolum, Francorum Regem, nec Pontificem ſuâ autoritate, ſed ex Decreto populi, Carolo Imperii coronam impoſuiſſe, & inſignia tribuiſſe. (28) Pontificum prætenſio ex coronatione Caroli Magni ad promovendum Imperatorem. (29) Recognoviſſe quondam Imperii Proceres Pontificis poteſtatem in confirmando Imperatore oſtenditur litteris ipſorum ſupplicibus, ad Innocentium III. quibus An. Dom. 1200. confirmationem Ottonis IV. à ſe in Regem Romanorum electi, utque diſſentientes ad concordiam redigat Pontifex rogitantes contendunt. (30) Tenor Litterarum ſupplicum. (31) Prætenſio Papalis in exquirendâ qualitate Regis Romanorum electi ex competente ſibi inunctione, conſecratione, & coronatione. (32) Competiiſſe olim Pontifici inunctionem Regis Romanorum electi deducitur ex conſtitutione Imperatoris Cunradi II. Salici, de pace publica in Comitiis Spirenſibus An. Chr. 1309. conditâ. (33) Coronationem Imperatoris quondam competiiſſe Pontifici demonſtratur Reſcripto Imperatoris Sigismundi ad Concilium Baſileenſe de An. 1433. (34) Argumentum Pontificis ab abſurdo. (35) Reſponſio ejusdem ad objectiones Imperij Procerum. (36) Suppletur Decretalis. (37) Per Denunciatorem, cujus perſonam Legatum ſuum repræſentâſſe Pontifex aſſerit, quid hîc intelligatur. (38) Meritum quomodo hîc intelligatur. (39) Præſentatio Wilhelmi Romanorum Regis Anno 1247. in Comitiis electi, coram Cardinale, Apoſtolicæ Sedis Legato, ut ab ipſo conſecraretur, à Rege Bohemiæ, cæterisque Imperij Proceribus facta. (40) Imperatores olim, ante coronationem, in ordinem militarem recepti. (41) Reinkingius taxatur. (42) Argumentum Pontificis ex minoritate votorum in eligendo Philippo Tuſciæ Duce. (43) Prætenſio Pontificis in decidendo, ubi vota in electio-

lectione Regis Romanorum diviſa. (44) Dividere vota quid? (45) Argumentum Pontificis, ex carentia Advocati & Defenſoris Apoſtolicæ Sedis, ſi monita ejus circa Electionem Regis Romanorum haut attendantur. (46) Advocatio Imperatoris circa Sedem Apoſtolicam, non cum Imperio Caroli Magni, ſed Conſtantini Magni, cœpit. (47) Deductio Univerſitatum Pariſienſis, Oxonienſis, Pragenſis, & Romanæ, ad Imperatorem Wenceslaum, & Urbanum Pontificem de Anno 1380. Pontificem Romanum teneri edere confeſſionem ſuam Imperatori, &, ſi quid injuſtè committat, Imperiali judicio ſe ſubmittere, eò quòd Imperator Advocatus & Defenſor Apoſtolicæ Sedis ſit. (48) Diſſenſio Imperij Procerum in Electione Lotharij & Cunradi. (49) A tempore Caroli Magni usque ad Henricum V. Imperium Romano-Germanicum fuiſſe hereditarium oſtenditur. (50) Formula inungendi, conſecrandi, & coronandi Regem Romanorum à tempore Henrici V. uſitata. (51) Coronationem nil novi Juris tribuere, ſed Imperatorem ex electione plenum Imperii Jus conſequi tractatur remiſſivè. (52) Admonitio, & Mandatum Pontificis, ut, ſpreto Philippo, Ottoni adhæreant Imperii Principes. (53) Excommunicari quis dicatur. (54) Denegatur Papæ poteſtas privandi Reges & Principes Imperio. (55) Multa Decretali huic contra Philippum, intexta eſſe abſurda & falſa oſtenditur. (56) Deducitur innocentia Philppi, Tuſciæ Ducis, in hac Decretali perjurii accuſati. (57) Gabaonitarum exemplum malè à Pontifice applicari oſtenditur. (58) Pontifices, utpote Imperatoribus inferiores, per Conſtitutiones ſuas Juribus Cæſareis nil derogare potuerunt. (59) Jus cognoſcendi de juramento, illudque relaxandi non competit Pontifici Romano, ſed per Legem Regiam ad Imperatores tranſiit, docente hoc obſervantiâ. (60) Pontificis inculpatio progenitorum Ducis Philippi. (61) Exculpatio Imperatoris Henrici V ti poteſtatem inſtituendi Epiſcopos à Pontificibus in Imperatores transſcriptam juſtè perſequentis. (62) Papæ Paſchalis II. auſus in inveſtiendis Epiſcopis, & quid in Comitiis Synodalibus hâc de re actum. (63) Dehortatio Imperatoris Henrici per Legatos. (64) Pontificis Dilatio. (65) Imperator Pontificem paſchalem, unà cum Cardinalibus, in caſtra ſua perduci, eosque Romanis ſuperatis, in montem altiſſimum, extra urbem Romam, deduci, ibique aſſervari curat, usque dum poteſtatem inveſtiendi Epiſcopos ſibi aſſererent. (66) Pontifex relaxatus Imperatorem Romæ conſecrat, ungit & coronat, & facultatem inveſtiendi Epiſcopos largitur. (67) Pontifex poſt abitum Imperatoris, Decretum de inveſtiendis Epiſcopis reſcindit. (68) Libertas Imperatoris in conſtituendis Epiſcopis damnatur in Concilio Romano. (69) Imperator arma contra Pontificem movet. (70) Rex Apuliæ, ſuaſu Pontificis exercitum contra Imperatorem colligit, mox tamen copias retrahit. (71) Imperator denuò Romæ coronatur. (72) Pontifex moritur. (73) Querela Roberti Barns de ſubleſta Hiſtoriographorum fide à mandatis papalibus provecta. (74) Inculpatio Papæ, ac ſi Imperator Fridericus Schiſma contra Pontifices foviſſet. (75) Recenſetur Schiſma, ex diverſâ Pontificum Alexandri III. & Victoris IV. electione natum. (76) Alexander à Siciliæ Rege inſtituitur ut Pontifex, imploratque Imperatorem ut Schiſma tollat. (77) Victor IV. in Synodo ab Imperatore, invito quamvis Alexandro Papiæ coactâ, declaratur Pontifex. (78) Alexander & Imperatorem, & Victorem excommunicat, Victor autem paulo poſt è vivis abit. (79) poſt obitum Victoris Schiſma durat, multis Alexandro refragantibus, qui tamen Pontificis munus ſuſtinet. (80) Aexander Imperatori perniciem curaturus, Turcarum Imperatori Friderici I. Imperatoris effigiem mittit, ut ipſum in oris Turcicis agentem extinguat, hortatur. (81) Imperator, cum Sacellano ſuo, tribus menſibus ergaſtulo incluſus relaxatur, & cum Suldano perpetuæ facis fœdus pangit. (82) Imperator ex Turcia redux Pontificis perfidiam Statibus Imperii, in Comitiis Noribergenſibus aperit. (83) Romæ Eccleſiæ concordiam urget. (84) Alexander Româ abiens Venetiis primùm in clauſtris latitat, agnitus tandem ad Templum Divi Marci, Pontificali habitu deducitur. (85) Veneti Alexandrum Imperatori tradere negant. (86) Infelix Principis Ottonis, Imperatoris Filii cum Venetis conflictus, ejusque deductio in vincula. (87) Alexander ob cladem Ottonis extumidus, pacem non niſi præſente Imperatore, inire contendit. (88) Imperator Venetiis, in veſtibulo ædis ſacræ Divi Marci, Alexandri pedes exoſculans, pacem cum ipſo pangit. (89) Reprobatur opinio eorum, qui Imperatoris Friderici Barbaroſſæ collum ab Alexandro pedibus conculcatum referunt. (90) Laus Imperatoris Friderici ex traditis Cunradi à Lichtenau. (91) Imputationes Pontificis Innocentii III. Ducis Philippi propinquis objectæ fide carent hiſtoricà. (92) Blanditiæ Pontificiæ, quibus Imperii Principes ad partes ſuas adducere tentat. (93) Deſtruitur Pontificis argumentum à ſucceſſione fraterna deſumtum. (94) Mandatum Pontificis, ut Dux Zaringiæ Ottoni ſuffragetur, abdicato Philippo. (95) Sæviſſima ex contentione de Imperio inter Philippum & Ottonem, usque ad illius trucidationem nefariam orta bella tanguntur. (96) Trucidato

dato Philippo Otto Imperii Diadema ab Innocentio III. ſumit, quod tamen ſecundo Imperij anno, ab eodem Pontifice, ademtum & ad Fridericum II. Siciliæ Regem, translatum, quem & ipſe Innocentius anathemate flagellavit.

Interpretatio TEXTUS.

(1.)

Ait Pontifex: Venerabilem & Infra. Particula Infra communiter extremitatem denotat, ceu textibus probat JCtus, dum erat, exquiſitiſſimus & conſummatiſſimus JOH. STRAUCHIUS *in elegant. Lexic. particul. Jur. voc. Infra pag.* 287. *colum.* 1. *Edition. Francofurtenſ. & Jenenſ.* 1671. Indicat quoque particula INFRA, appoſitum eſſe aliquid qnod in præſenti negotio ſit reſpiciendum, Germanicè, **nach mehrerm Inhalt des Beyſchluſſes** vel **wie die Beylage mit mehrem eröffnet.** In hoc ſignificatu uſurpatur â Pontificè Alexandro III. cap. dilecti filii 6. X. de judic. Ubi: Dilecti filii Prior & Clerici gravem querimoniam tranſierunt & Infra. Aſt hic & alibi & in Decretalibus ſæpius denotat notam, brevitatis ergo aliquid omiſſum eſſe, quod ſupplendum ſit, id quod indicat *Præfatio ad Lectorem Juri Canonico præfixa* §. *in emendando circa fin.* Jung. CHRISTOPHOR. PHILIPP. RICHTERUS JURISCONSULTUS DE FORO MERITISSIMUS, MIHIQUE OB PROPINQUITATEM, PIA RECORDATIONE VENERANDUS *Tractat. de Significat. verbor. voc. Infra pag.* 309. *Edition. Jenenſ.* 1666.

(2.) Supplendus ergo eſt textus ex notis capitulo ſubnexis hoc modo: Fratrem noſtrum Saltzburgenſem Archiepiſcopum, & Dilectum Filium Abbatem de Salem, & nobilem virum Marchionem Orientalem, quorundam Principum nuncios, ad Sedem Apoſtolicam deſtinatos, benigne recepimus & eis benevolam duximus audientiam indulgendam. Litteras quidem, quas quidam per eos nobis Principes deſtinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ in eis continebantur, notavimus univerſa.

(3.) Venerabilem appellat Pontifex Archi-Epiſcopum Saltzburgenſem, qui id temporis erat Adalbertus, Ladislai, Bohemiæ Regis, Filius, more compellandi Archiepiſcopos, & Epiſcopos conſueto, qui honos ab ævo Conſtantini Magni Epiſcopis fuit conſtans, ceu tradit Pancirollus *theſaur. variar. Lection. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 1. *&* 2. *Edition. Lugdunenſ.* 1517. Nec infrequens eſt in Decretalibus titulus venerabilis Archiepiſcopis tributus. Sic venerabilem appellat Archiepiſcopum Cuſentinum Honorius III. *cap. venerabili Fratri* 37. *X. de Offic. & poteſtat. Judic. delegat.* Idem Archiepiſcopum Ravennatem, *cap. venerabilis* 20. *X. de judic.* Idem Pontifex Archiepiſcopum Cariſoptonenſem. *cap. venerabili* 52. *X. de Teſtib.*

(4.) Compellat Pontifex Archiepiſcopum Salisburgenſem, UT FRATREM. Fratris titulo ſalutabant ſe olim mutuò Chriſtiani, quod unius Dei parentis homines, quodque conſortes ejusdem fidei ac ſpei omnes homines pro fratribus diligerent. *Lactant. lib.* 5. *divinar. Inſtitut. cap.* 13. *pag.* 262. *Edit. Cantabrig.* 1685. Et Reges quoque ſeſe invicem ſalutabant Fratres. Compellabantur quoque hoc nomine ab Impp. Comites & Provinciarum Rectores, Archiepiſcopi quoque & Epiſcopi à Pontificibus, quin & ipſi inter ſe, & cæteri è Clero, ſæpe ſe mutuè hoc titulo compellâſſe leguntur. Atqui Pontificibus fraternitatis titulum admodum familiarem fuiſſe multæ oſtendunt Decretales. Honorat hoc titulo Alexander III. Archiepiſcopum Toletanum, *cap. requiſivit* 1. *X. de Ordinat. ab Epiſcop.* Epiſopum Cœnomanum *cap. tua vos duxit* 1. *X. de cleric. peregrin.* Innocentius III. Patriarcham Hieroſolymitanum, *cap. tua fraternitatis* 3. *X. eod.* Idem Innocentius Archiepiſcopum Toletanum, *cap. conſuluit* 24. *X. de offic. & poteſtat. judic. delegat.* Gregorius IX. Patriarcham Hieroſolymitanum, *cap. volentes* 8. *X. de offic. legat.* Alexander III. Epiſcopum Alphonenſem *cap. requiſivit* 1. *X. de integ. reſtitut.* Ait Pontifex porrò: Et dilectum filium Abbatem de Salem.

(5.) Ita enim vocabatur cœnobium, cui præerat Abbas, Eberhardus de Rhordorff, alter Germaniæ Principum Legatus; Situs autem cœnobii Salem erat ad Lacum Botamicum, in ſuperiori Germania Conſtantienſis Diœceſeos. Filium dilectum nuncupat Pontifex Abbatem de Salem, more Pontificibus uſitato, prout infinita Decretalium loca oſtendunt. Ita Innocentius III. Abbatem Sancti Stephani Bononienſis nominat filium dilectum, *cap. dilectus* 26. *X. de Reſcript.* Honorio III. Clericus Saracenus dicitur dilectus *cap. dilectus* 29. *X. eod.* Ita & Pontifex Innocentius III. *in cap. quum dilectus* 32. *X. de electíon. & elect. poteſtat.* Archidiaconum Morinenſem appellat filium dilectum. Idem *in cap. coram dilecto filio* 35. *X. eod. tit.* ita nuncupat Sanctæ Prudentianæ Presbyterum Cardinalem. Pari titulo compellat idem Innocentius Presbyterum Cardinalem Sancti Marcellini *cap. dilecto filio* 5. *X. de ſupplend. negligent. Prælator.* Sic & Papa Honorius III. filium dilectum appellat Præpoſitum Sanctæ Mariæ *cap. dilectus* 17. *X. de fil. Presbyter. ordinand.* Quin & Canonicum Methenſem nominat filium dilectum Innocentius III. *cap. dilectus* 6. *X. de offic. legat.*

(6.) Archiepiſcopi vox Patriarchis Alexandrinis natales ſuos debet. Hi etenim principio ſoli erant in Ægypto Epiſcopi, ſubinde tamen creabant alios. Primus hoc Epipheton aſſumſiſſe putatur Athanaſius, Alexandriæ Epiſcopus, poſtmodum Cyrillus Hieroſolymorum, & Cœleſtinus, Romanorum Epiſcopus, de quo videndus Jacob. Cujacius *ad Nov. XI. tom. oper.* 3. *fol.* 552. *edit. Francofurt.* 1595.

(7.) Erat autem Archiepiſcopus, qui curam & ſolicitudinem rerum Eccleſiaſtarum in tota Provincia habebat, & in Metropoli reſidebat, unde & Metropolitanus, & Primas & Patriarcha dictus. Dignitas ejus, & præcellentia ex Concilii Antiocheni cap. 9. deſcribitur *canon. per ſingulas* 2. *Cauſſ.* 9. *quæſtion.* 3. Ibi: *Per ſingulas provincias oportet Epiſcopos cognoſcere Metropolitanum ſuum, & ipſum Primatûs curam ſuſcipere: nihil autem agere reliquos Epiſcopos præter eum, ſecundùm quod antiquitùs à Patribus noſtris conſtitutum continetur in canone. Propter quod Metropolitanus Epiſcopus nihil præ-*

ſum-

ſumitivè aſſumat absquè conſilio cæterorum. Ad eum verò conſtituendnm vel XI. civitates & unus Rex, & decem vel undecim Epiſcopi ſuffraganei requiſiti ſunt, *can. Scitote* 2. *Cauſ.* 6. *quæſtion.* 3. Ibi: *Scitote certam provinciam eſſe quæ habet decem, aut undecim civitates, & unum Regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & unum Metropolitanum, aliosque Suffraganeos X. vel XI. Epiſcopos judices, ad quorum judicium omnes cauſſæ Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum, ac civitatum referantur, ut ab his omnibus juſtè conſonâ voce, diſcernantur, niſi ad majorem autoritatem fuerit ab iis, qui judicandi ſunt, appellatum. Unde non oportet ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque Provincia, ſed apud ſemetipſam habeat Judices, Sacerdotes, & Epiſcopos, ſingulos videlicet ſecundum ordines ſuos, & quicunque cauſſam habuerit, à ſuis Judicibus judicetur, & non ab alienis, id eſt à ſuæ juſtis judicibus provinciæ, & non ab extraneis, niſi, (ut jam eſt prælibatum) à judicandis fuerit appellatum.*

(9.) Hodie in Imperio Romano-Germanico Archi-Epiſcopatus dicuntur vel Electorales vel non Electorales. Illi ſunt Moguntinenſis, Trevirenſis & Colonienſis. Hi Saltzburgenſis, qui Archiepiſcopatus Anno O. R. Septingenteſimo nonageſimo octavo, juſſu Caroli Magni, Laureaco Salisburgum translatus fuit.

(10.) Hic Archiepiſcopus Legatus Apoſtolicus dicitur natus, qui titulus inde ipſi obveniſſe fertur, quod Pontifici Imperatorem Henricum IV. excommunicanti, cum paucis aliis Germaniæ Epiſcopis, adhæſerit. vid. Juſt. Sinold cognomento Schütz *Colleg. publ. de Stat. rei Roman. Exercitat.* 8. *theſ.* 5. *lit. B. tom.* 1. *pag.* 609. 610. 616. *edit. Francofurtenſ.* 1681. Franciſc. Herman. *Faſ. Jur. publ. cap.* 29. *num.* 4. *pag.* 571. *colum.* 1. *Edition. Salisburgenſ.* 1674.

(11.) Cæteri Germaniæ Archiepiſcopatus, veluti Magdeburgenſis & Bremenſis, in Ducatum transmutati. Et Bremenſis quidem in Pacificatione Osnabrugenſi *Artic. X.* §. 9. Magdeburgenſis autem *Artic. X.* §. 11.

(12.) Ait porrò: Et nobilem Virum Marchionem Orientalem. Voces Nobilis & Nobiliſſimus olim Proceribus præcipuus in ſignum honoris tributæ. Sic imperatorum Filii & Filiæ in Conſtitutionibus appellantur Nobiliſſimi pueri, Nobiliſſimæ fœminæ, uti colligitur ex Codice Theodoſiano *L. un. de privileg. dom. Auguſt. L.* 6. *ejusdem Codicis ad SCtum Claudian. L. item* 9. *eod. Codic. de diverſ. offic. & Apparitor. L. pariter* 9. *de Accuſation. & Inſcription. eod. Codic. L.* 7. *de Medic. & Profeſſor. L.* 2. *de centonar. & Dendroph. eod. Codic.* Erat autem Marchio, quem Decretalis noſtra nominat Marchio Moëſiæ, ſive Miſniæ, Dietericus, Alberti Frater, Ottonis Filius. Marchiam autem Orientalem id temporis, Luſatiam eſſe dictam, oſtendit Petrus Albinus *in Chronic. Miſnic. cap.* 15. *fol.* 188. *ſeq. Edit. Dresdenſ.* 1589.

(13.) Ait Pontifex: Quorundam Principum Nuncios ad ſedem Apoſtolicam deſtinatos, benigne recepimus, & eis benevolam duximus audientiam indulgendam. Exhibent hæc verba Litteras, quas communiter appellant Recredentiales das Rück-Creditiv. Ita enim receptum eſt in Curiis Magnatum, ut reſcribant, ſe Legatos benignè recepiſſe & audiviſſe. Formulas ejusmodi Recredentialium exhibent Acta publica; Inſignes autem præprimis ſunt Recredentiales Sacratiſſimi Imperatoris LEOPOLDI, ad Potentiſſimum Sueciæ Regem Carolum *ſub dato d.* XXIX. *Jan.* 1662. quas videre licet, *tom.* 4. *Londorp. Cont. fol.* 874. *Edit. Francofurtenſ.* 1670. Ait porrò: Litteras quidem, quas quidam, per eos Principes deſtinarunt diligenter perlegi fecimus, & quæ in eis continebantur, notavimus.

(14.) Particulam harum litterarum tradit Baronius *tom.* 10. *Annal. ad Annum* 996. *num.* 60. *Reverendo in Chriſto Patri, Domino Innocentio, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifici, Germaniarum Principes & Magnates in Chriſto Filii, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Trevirenſis Archiepiſcopus, Ratisbonenſis Epiſcopus, Friſingenſis Epiſcopus, Auguſtanus Epiſcopus, Conſtantienſis Epiſcopus, Eichſtetenſis Epiſcopus, Wormatienſis Epiſcopus, Spirenſis Epiſcopus, Brixienſis Electus, Hildesheimenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, Abbas Fuldenſis, Abbas Hesvvoldenſis, Abbas de Tergenie, Abbas Elvacenſis, item Rex Bohemiæ, Dux Saxoniæ, Dux Bavariæ, Dux Auſtriæ, Dux Moraviæ, Marchio de Ravensberg, alii Alemanniæ Nobiles & infra: Magnitudini Veſtræ duximus declarandum, quod mortuo incluto noſtro Domino Henrico, Romano Imperatore, Auguſto, collectâ multitudine Principum, Illuſtrem Dominum Noſtrum Philippum in Imperatorem Romani Solii ritè & ſolenniter elegimus, &c.*

(15.) Ait præterea: Inter cætera vero quidam Principes hâc præcipuè objectione ſunt uſi, dicentes, quod Apoſtolicæ Sedis Legatus aut electoris geſſit, aut cognitoris perſonam. Si electoris in meſſem alienam miſerat falcem ſuam, & electioni ſe ingerens Principum derogaverat dignitati. Si cognitoris, abſente alterâ partium, videtur perperam proceſſiſſe, quum citata non fuerit, & ideo non debet contumax judicari. Et infra. Quód in textu deeſt hoc ſupplent obſervata ad hoc capitulum his verbis: Verùm nos, qui, ſecundùm Apoſtolicæ ſervitutis officium, ſumus ſingulis in juſtitiâ debitores, ſicut juſtitiam noſtram nolumus ab aliis uſurpari, ſic jus Principum nolumus nobis vendicare.

(16.) Proponit Pontifex dilemma, ipſi à Principibus Imperii in litteris ad ſe datis, objectum, nominatque Nuncium ſuum ad Imperii Principes miſſum Apoſtolicæ ſedis Legatum. Apoſtolica ſedes quondam quæcunque Epiſcopalis dicebatur, cò quòd in Apoſtolorum cathedris ſuccederent Epiſcopi, & quia omnes Epiſcopi Apoſtolorum locum tenebant. Unde Epiſcopalis dignitas etiam Apoſtolatus dictus, & Epiſcoporum Legati Apoſtolici ſunt nominati. Aſt ſeculis ſubſequentibus, Apoſtoli nomen, quemadmodum & Papæ, apud Pontificem Romanum ſolùm remanſit, & Apoſtolica ſedes de ſolâ Pontificiâ dici cœpit. Legatum hunc Apoſtolicæ Sedis arguebant Imperii Principes, ipſum reſcindendo decretum electionis aut perſonam cognitoris, aut electoris geſſiſſe.

(17.) Cognitor communiter dicitur, qui cauſſam præſentis defendit, vel qui noſcit alios, vel qui litem alterius ſponte ſuſcipit coram eo, cui datus eſt. Ita Horat. *lib.* 2. *Satyr.* 5. *verſic.* 38. *pag.* 562. *edit. Lugdun.* 1663.

- - - Ire domum atq;
Pelliculam curare jube, ſi cognitor ipſe.

Et

Et dabatur interdum à Prætore. In quam ſententiam ſcribit Cicero *Orat. pro Roſcio, tom. oper. 2. pag. 60. litt. H. edit. Lugdun.* 1588. *Quid intereſt inter eum, qui per ſe litigat, & qui Cognitor eſt datus. Qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit, alteri non poteſt, niſi qui cognitor factus eſt.* Pertinet huc Oratio Titi Gracchi, Tribuni plebis, apud Livium *lib. Hiſtor. 39. cap. 5. in princip. pag.* 1024. *edit. Francof.* 1659. *Ne ſuas quidem ſimultates*, ait Grachus, *pro Magiſtratu exercere boni exempli eſt, alienarum verò ſimultatum Tribunum plebis cognitorem fieri turpe & indignum Collegii ejus poteſtate, & ſacratis Legibus eſſe.* In conciliis dicebatur cognitor, qui, occaſione emergente, recognoſcendis & retractandis Epiſcoporum ſententiis mittebatur. Et in hoc ſenſu hîc accipitur, quemadmodum & in Conſtitutione Imperatoris Zenonis *L. quoties* 3. *& ult.* §. *adeò autem* 1. *C. Ubi Senat. vel Clariſſ. civil. vel crimin. conven.*

(18.) Aſt hujus eſt, utramque audire partem, quod omiſerat Legatus Pontificius, ideoque pro Cognitore eum recognoſcere nolebant Imperii Principes. Non enim oportet quenquam judicari, vel damnari, priùs quàm legitimos habet præſentes accuſatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina, ſcribit Marcellus Papa, *Epiſtol.* 2. *ad Maxentium Can.* 5. *cauſſ.* 3. *qu.* 9.

(19.) Nec accuſatori credi debere, qui, abſente adverſario cauſſam ſuggerit, ante utriusque partis juſtam diſcuſſionem, decernit Telesphorus Papa *in Epiſtol. unic. can.* 1. *ead. cauſſ. eademq; quaſt.* Adeoque omnia, quæ adverſus abſentes, in omni negotio aut loco, aguntur, aut judicantur, omnino evacuentur, quoniam abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat, juxta pronunciatum Cornelii Papæ *Epiſtol.* 2. *ad Rufum. can.* 4. *laudat. cauſſ. & quæſtion.* Jung. *canon. caveant judices* 2. *canon. abſente* 3. *canon. habetur* 6. *canon. qui accuſare* 8. *can. abſente adverſario* 10. *canon. revera* 11. *canon. abſens* 13. *eadem cauſſ. & quæſtion.*

(20.) Imò ipſe Innocentius Papa reſcribit Patriarchæ Conſtantinopolitano, neminem nec citatum nec auditum, pro contumaci eſſe æſtimandum: *Petitionem contra Eccleſias*, ait Pontifex, *quas tibi ſubjici poſtulas, quæ prius, quos Conſtantinopolis civitas caperetur, Conſtantinopolitano Patriarchæ minimè reſpondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Juris namq; ratio poſtulat, ut in eorum præjudicium quibus eadem Eccleſiæ ſubjectæ ſunt nihil ordinemus de ipſis, quum nec citati ſint nec convicti, nec per contumaciam ſe abſentent. cap. inter quatuor* 8. *X. de Majoritat. & obedient.* Jung. *capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *verſic. quod à Senatore X. de Conſtitution.*

(21.) Ait inſuper Pontifex: Verùm illis Principibus jus & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum, recognoſcimus, ut debemus ad quos de jure ac antiquâ conſuetudine noſcitur pertinere. Profitetur Pontifex jus & poteſtatem eligendi Imperatorem Romano-Germanicum ad Imperii Principes, antiquâ conſuetudine, pertinere.

(22.) Electionem Imperatoris circa Annum Chriſti milleſimum centeſimum ſexageſimum ſextum ad omnes Imperii Principes pertinuiſſe diſertis verbis firmat Receſſus, ac decretum Comitiorum Herbipolenſium ſuper Schismate duorum Pontificum ab Imperatore Friderico I. emanatum. Ait ibi Imperator §. 3. *Præterea noſter in Imperio Succeſſor* quem Principes univerſi elegerint, *hunc honorem, recuſando ſcilicet Rolandum Pontificem ut Schiſmaticum, Eccleſiæ Dei & Imperii & hanc partem noſtram ſub eodem juramento, quod præſtaverat Imperator, de non recipiendo Rolando in Pontificem, tuebitur ſemper atq; tenebit, apud Melchiorem Goldaſtum ab Haimensfeld tom.* 3. *Conſtitut. Imperial. fol.* 342. *edit. Offenbacenſ.* 1610.

(23.) Aſt quum hæc Imperatoris Electio ſanguineis ſæpius contentionibus proceſſerit, ideo eligendi poteſtas ad paucos, & quidem ad ſeptem Viros, tres Eccleſiaſticos, Archiepiſcopum Moguntinum, Archiepiſcopum Colonienſem, Archiepiſcopum Trevirenſem, quatuor ſeculares, Bohemiæ Regem, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ & Marchionem Brandenburgenſem reducebatur.

(24.) Utrum hoc peculiari Pontificis Gregorii V. conſtitutione factum ſit, prout ſomniat Jeſuita famoſus Bellarminus *lib.* 3. *de translat. Imperii*, nunc diſquirere nil attinet, quippe quòd habeamus confitentem Pontificem Innocentium, jus & poteſtatem eligendi Imperatorem Romanum ad quosdam Imperii Principes antiqua conſuetudine pertinuiſſe. Examinârunt hoc latè, & Bellarminum eruditè refutârunt, JCtus quidam Anonymus *in tractat. de translation. Imper. Roman. ad Franco-Germanos, ſeu Theutonas, an & quatenus à Pontifice Romano facta ſit*, apud Melchiorem Goldaſtum ab Haimensfeld *in Politic. Imper. part.* 9. *cap.* 7. *fol.* 523. *uſq; ad fol.* 526. *edit. Francofurtenſ.* 1614. & Johann. Limn. *tom.* 3. *Jur. Publ. cap.* 1. *num.* 21. *uſq; ad num.* 25. *edit. Argentinenſ.* 1657.

(25.) Quid juris vendicare audeat Pontifici Innocentius III. in translatione Imperii Romano-Germanici ad Imperatorem Carolum Magnum, nunc exprimit: Præſertim quum ad eos, Imperii Principes, Jus & poteſtas hujusmodi ab Apoſtolicâ Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos.

(26.) Magnificum appellat Carolum Pontifex, qui titulus olim Præfectis Prætorio, Magiſtris militum, Magiſtris Officiorum, Magiſtris inter agentes, Quæſtoribus, & Comitibus Domeſticorum competebat, ceu patet ex Conſtitutione Imperatoris Anaſtaſii *in L. Scrinianos* 16. *C. de teſtam. milit.* & Conſtitutione Imperatoris Zenonis *in dict. L. quoties* 3. *& ult.* §. *viros autem* 3. *C. ubi Senator. vel clariſſ. civil. vel criminalit. conven.* poſtea tamen Magnificentia ipſis Regibus tributa fuit.

(27.) Quod Pontifex hîc de translatione Imperii Romani poſitivè dicit, à plurimis Juris Publici Doctoribus negatur, quamvis ei applaudant ex Hiſtoricis Johann. Zonar. *tom.* 3. *Annal. in vit. Conſtantini & Irenes fol.* 141. *edit. Francofurt.* 1568. & Conradus à Lichtenau, Abbas Urſpergenſis, *Chronic. in deſcription. Carol. Magni ejusq; actuum fol.* 170. *princip. edit. Baſilienſ.* 1569. Cuſpian. *in vita Caroli Magni, fol.* 219. *edit. Baſil.* 1561. Ex JCtis Henric. Caniſ. *commentar. in Decretal. tit. de Election. & Elect. poteſtat. num.* 4. *pag.* 26. *colum.* 2. *edit. Colonienſ. Agrippin.* 1662. Aſt Imperium Romanum non à Sede Apoſtolicâ, aut ſolo Pontifice, ſed ab univerſo populo Romano, id temporis libero, & Pontifici nullatenus ſubjecto, cujus caput tamen Pontifex erat, translatum eſſe Imperium ad Carolum Magnum

eruditè

eruditè ſuſtinent Dominic. Arum. *volum.* 1. *Diſcurſ. Academ. de Jur. publ. Diſcurſ.* 3. *pag.* 27. *uſque ad pag.* 35. *edit. Jenenſ.* 1616. Joh. Limn. *tom.* 1. *Jur. publ. cap.* 5. *num.* 6. *uſque ad num.* 18. *edition. Argentin.* 1657. Juſt. Sinold. Schütz *laudat. Colleg. Jur. publ. de Stat. rei Roman. Exercitat.* 1. *Theſ.* 21. *B. pag.* 59. *ſeq.* Herman. Conring. *peculiar. tractat. de Imper. Roman. German. Theſ. XVII. edit. Helmſtadienſ.* 1641. & *Exercitation. Academ. XVIII. Theſ. II. pag.* 186. *edit. Francofurtenſ. & Lipſienſ.* 1677. & præprimis JCtus quidam Anonymus, *laudat tractat. de translation. Imper. Roman. part.* 9. *Politic. Imperial. Goldaſt. fol.* 488. *uſque ad fol.* 538. ubi *c.* 3. *fol.* 503. *uſq; ad fol.* 507 ſolidè deducit, Leonem Pontificem, Romanum Imperium à Græcis ad Carolum Francorum Regem, minimè tranſtuliſſe, nec etiam transferre potuiſſe. Res ipſa ita ſe habet: Involabat populus Romanus, Anno orbis redemti, ſeptingenteſimo nonageſimo nono, in ea quæ Imperii erant; Pontifex Leo Iſaurus, hanc populi vim prohibiturus, malè mulctabatur, & à populo in carcerem detrudebatur; Evadens inde Pontifex, opera Albini cubicularii, confugiebat ad Carolum Magnum, illo ævo, cum exercitu, ad Paderbornam, Weſtphaliæ urbem, hærentem. Carolus, querelis Pontificis cognitis, eum præcedere juſſit, ipſe autem cum exercitu ſequebatur, & Romam VIII. Kld. Decemb. Anno, qui, à Chriſti Redemtoris triumpho, felici omine, numerabatur octingenteſimus, Romam appellebat. Controverſiis compoſitis, & tumultibus ſedatis, ipſo natalis Domini noſtri JESU CHRISTI die, unanimi populi ſuffragio, Romanorum Imperator ac Cæſar renunciatur: Populus Romanus recenti ſuo Domino his adplaudebat vocibus. CAROLO AUGUSTO, à DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI VITA ET VICTORIA. Quamvis autem Pontifex Carolo coronam imponeret, & Imperii inſignia tribueret, populus tamen hoc jus coronandi non Pontifici, ſed Deo, diſertis verbis, aſſignabat, eoque annuebat, Pontificem, non ſuâ autoritate, ſed Populi Romani juſſu & decreto, Carolum corona redimiſſe, prout hæc ſolidè deducit, Johann. Joachim. Frantzius *in Hiſtor. Caroli Magni cap.* 84. *ſeq. pag.* 67. *edit. Argentoratenſ.* 1644.

(28) Ex hâc coronatione Pontifices poſtea ſpecialem ſibi aſſumsêre gloriam quaſi promotio Imp. ab ipſis penderet. Id quod diſertè ſatis innuit Innocentius dicendo: Sed & Principes, ait, recognoſcere debent, & utique recognoſcunt, ſicut iidem in noſtrâ recognovère præſentiâ, quod jus & autoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promovendum ad Imperium ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſervatum, ut ad eum examinatio pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Num quid enim, ſi Principes non ſolùm in diſcordiâ, ſed etiam in concordiâ ſacrilegum quemcunque, vel excommunicatum, in Regem tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, conſecrare & coronare hominem hujusmodi deberemus. Abſit omnino. Satis confidenter hîc aſſerit Pontifex, promotionem Imperatoris pendere ex aſſenſu, declaratione, & confirmatione Papali. Quam aſſertionem probare præſumit Pontifex (1.) ex ipsâ Principum Imperii confeſſione, & recognitione. Nam hanc ejus poteſtatem non ſolùm in præſentia ſua, Principum Imperii Legatos, ſed & alias recognoviſſe iſtam Imperii Principes. De recognitione Legatorum nil certi determinare poſſumus, quia litteræ à Principibus Imperii ad Pontificem datæ, non extant integræ.

(29.) Recognoviſſe autem Pontificis poteſtatem in confirmando Imperatore Principis Imperii, luculenter patet ex litteris ſupplicibus Adolphi, Archiepiſcopi Colonienſis, Beardi, Paderbonenſis Epiſcopi, Thietmarii Mindenſis Epiſcopi, Wittichindi Condejenſis Abbatis, Gerhardi Tudenſis Abbatis, Eriberti Uxerdenſis Abbatis, Henrici Ducis Lotharingiæ, & Brabantiæ, Marchionis Romani Imperii, & Henrici Comitis de Kuke, ad hunc Innocentium III. Anno Domini milleſimo ducenteſimo transmiſſis, in quibus petunt, ut Ottonem IV. à ſe in Regem Romanorum electum confirmet, & Principes diſſentientes ad concordiam redigat.

(30.) *Paternitati*, ajunt, *Veſtræ dignum ſupplicare duximus, quatenus fidem & Devotionem Domini noſtri Regis attendentes, merita quoq; Illuſtriſſimi patris ſui Henrici, Ducis Saxoniæ, qui ab obſequio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nunquam receſſit, memoriter tenentes, paci & quieti noſtræ, & veſtræ, intuitu DEI, & noſtri obſequii providentes, ipſius electionem & conſecrationem autoritate veſtrâ obnixè rogamus, quatenus Principes & Barones, à tam rationabili electione diſcordes, Eccleſiaſticâ cenſurâ, ad concordiam revocetis, & ab illicitâ fidelitate partis adverſæ clavo Sancti Petri reſolutos, ad præſtandam Regi, Domino noſtro fidelitatem, & ſubjectionem, autoritate veſtrâ compellatis. Ut autem à Domino noſtro jura Romanæ Eccleſiæ integra & illibata ſerventur, nos in bonâ fide ſpondemus, & pro Domino, Rege noſtro, fidejubemus.* Exhibet hæc Goldaſtus *tom.* 1. *Conſtit. & Reſcriptor. Imperial. fol.* 72.

(31). (2.) Probare laborat Pontifex, ſpectare ad ſe jus & autoritatem examinandi perſonam electam in Regem, & promovendi ad Imperium ex competendi ſibi inunctione, conſecratione, & coronatione, per Regulam generalem & communem: Ad quem ſpectat impoſitio manus, ad eum quoque pertinet examinatio.

(32.) Competiiſſe olim Pontifici inunctionem Regis Romanorum electi, diſertè profitetur Cunradus II. Salicus Imperator in Conſtitutione de pace publicâ, Anno milleſimo triceſimo nono in Comitiis Spirenſibus publicatâ, artic. V. Ibi. *Non eſt dubium, Reverendi Patres, quin, quemadmodum Imperatoris inunctio ad Romanum Pontificem pertinet, ſic Regis Italiæ conſecratio tota ſit Mediolanenſis Antiſtitis. Quare eſt æquum, ut Mediolanenſis Antiſtes, cujus manu in Regem Italiæ futurus Imperator inungitur, ſi adſit, Regem Pontifici offerat, quem ad Imperium provehat, ut ex ejus autoritate poſſit imperare, qui ejusdem ordinatione didicit, & cœpit regnare.*

(33.) Sed & Imperatoris coronationem quondam ſpectâſſe ad Pontificem patet ex Reſcripto Imperatoris Sigismundi Anno milleſimo quadringenteſimo triceſimo tertio, ad Concilium Baſileenſe translato: Ibi: *Sicq; per totum iſtum menſem Aprilis cum Sanctitate ſua in Viterbio conſtituemur, & uſque medium Junii, vel prius, in Urbe Romana, à Sanctitate ſua coronabimur, præſtabimusque & innovabimus illa juramenta, quæ noſtri Prædeceſſores Romanis*

Pontificibus præſtiterunt. Videatur Goldaſt. *tom.* 3. *ſæpiſſimè laudat. fol.* 437. *ſeq.*

(34.) (3.) Probare nititur Pontifex autoritatem ſuam promovendi Regem electum ad Imperium ab inconvenienti. Abſurdum etenim foret conſecrare & coronare inhabilem, imò paganum, hæreticum, excommunicatum, & facinoroſum, ſi talis eſſet electus.

(35.) Objectioni ergo Principum reſpondet, aſſerendo, Legatum ſuum, adprobando Regem, & reprobando Ducem, nec Electoris geſſiſſe perſonam, utpote qui nec fecerit aliquem eligi, nec elegerit, nec cognitoris geſſiſſe Perſonam, quum neutrius electionem, quoad factum eligentium, confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam, exercuiſſe autem denunciatoris officium, quia perſonam Ducis ejuſdem indignam & perſonam Regis denunciavit idoneam, quoad Imperium obtinendum, non tam propter ſtudia eligentium, quàm propter merita electorum, quamvis plures ex illis, qui eligendi Regem, Imperatorem promovendum, de Jure ac de conſuetudine obtinent poteſtatem, conſenſiſſe perhibeantur in ipſum Regem, & ex eo quod Fautores Ducis, abſentibus aliis, & contemtis, ipſum eligere præſumſerunt, pateat eos perperam proceſſiſſe; quum electioni plus contemtus unius quam contradictio multorum obſiſtat. Et Infra.

(36.) Hinc ex obſervatis ad hoc cap. addendum: Unde privilegium meruerunt amittere, qui permiſſa ſibi abuſi ſunt poteſtate. Videri non immeritò poteſt, quòd, injuriâ hujusmodi non obſtante, cæteri uti poterant jure ſuo. Et quoniam Dux prædictus nec ubi debuit, nec à quo debuit, coronam & unctionem accepit, memoratus verò Rex & ubi debuit, videlicet Aquisgranis, & à quo debuit ſcilicet à venerabili fratre noſtro Colonienſi Archiepiſcopo utrumque recepit. Nos utique pergit Pontifex, non Ducem, ſed reliquum reputamus & nominamus Regem juſtitia exigente. Et infra. Et hæc ſupplenda ſunt ex notatis ad cap. hoc modo: In reprobatione verò præfati Philippi, Ducis Sueviæ, & propter manifeſta impedimenta perſonæ, non accuſatione ſed condemnatione potius fuit opus, quia non accuſatione ſed cōdemnatione indigēt manifeſti.

(37.) Deprædicat Pontifex Legatum ſuum exercuiſſe denunciatoris perſonam, eò quòd perſonam Ducis Philppi denunciaverit indignam, & perſonam Regis Ottonis denunciaverit idoneam. Denunciare hîc eſt civiliter interpellare, ſive admonere, qualiter olim debitoribus à creditoribus ſolenniter fiebat, antequam illos apud Judicem convenirent. Et hanc denunciationem eſſe factam non tam propter ſtudia eligentium, quàm propter merita electorum. Studium hîc denotat affectionem, inclinationem.

(38.) Meritum hîc accipitur pro capacitate, habilitate, quâ aliquis dignum ſe præſtat ad ſuſcipiendam aliquam ſpartam. Objicit Pontifex porro conſenſiſſe in perſonam Regis Ottonis plures, qui de jure & conſuetudine obtinent poteſtatem eligendi Regem. Aſt quis promovebit? Pontifex adſcribit, ut antea vidimus, Jus eligendi in Principes quoſdam Germaniæ, Jus autem promovendi in ſe ipſum. Vidimus & Cunradum Imperatorem, conſtitutione quâdam, in Comitiis Spirenſibus latâ, promotionem Imperatoris Pontifici diſertiſſimè tribuentem.

(39.) Nec parum juvatur hæc aſſertio ex eo quòd Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo Principes Imperii Wilhelmum, ut Regem Romanorum in Comitiis electum produxerint coram Cardinale, Apoſtolicæ Sedis Legato, quem Rex Bohemiæ in hunc modum alloquebatur: *Veſtra Reverentia, Pater Almiflue, præſentamus hunc electum armigerum, devotiſſimè ſupplicantes, ut Veſtra Paternitas votivam ejus profeſſionem ſuſcipiat, quò militari noſtro collegio dignè adſcribi poſſit.* Ad hæc Cardinalis, in Pontificalibus aſſiſtens ornamentis, prælectâ Regula, quam in militia obſervare deberet novus electus, juramentum profeſſionis ab eo ſuſcepit. Quo facto Rex Bohemiæ ictum in collum electi Regis impegit, eumque in collegium militantium recepit, apud Goldaſtum *Tom.* 3. *Conſtitut. Imper. fol.* 400.

(40.) Antiquitùs enim Imperator, antequam coronabatur debebat fieri miles, ceu patet ex Edicto Regis Cunradi A. milleſimo, ducēteſimo ſexageſimo ſexto, ad Panormitanos emiſſo, in quo ipſis diem receptionis cinguli militantium aperit, apud Goldaſt. *tom.* 3. *Conſtitut. & Reſcriptor. Imperial. fol.* 405.

(41.) Adeoque fruſtra objicit Innocentio Pontifici Theodor. Reinking. quod in aſſerenda facultate promovendi Romanorum Regem nitatur teſtimonio domeſtico nullam fidem merente, *Tractat. de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. claſſ.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. 16. 17. 18. *pag.* 33. *ſeq. Edit. Gieſenſ.* 1619.

(42.) Electionis autem nullitatem ex eo deducit Pontifex, quòd pauci elegerint Ducem Philippum, contemtis & non vocatis aliis Imperii Principibus, ad quos eligendi Jus pertinebat. Juſtitiâ ergo exigente ſe reſcindere electionem factam.

(43.) Et hanc reſcindendi poteſtatem ſibi eò magis competere, quia, ſi in electione vota Principum dividuntur, alteri partium favere poſſit Pontifex, utpote cui competat conſecratio & coronatio. Ait: Quod autem, quum in electione vota Principum dividuntur, poſt admonitionem & expectationem, alteri partium favere poſſimus, maximè poſtquam à nobis unctio, conſecratio & coronatio poſtulantur, jure patet pariter & exemplo.

(44.) Dividi vota ſive ſententiæ communiter dicuntur, quando aliquis in dicenda ſententia duas pluresve res complectitur ex ſi non omnes probantur, poſtulatur ut dividat, id eſt ut de rebus ſingulis ſeorſum referat, quò pars una, ſi viſum fuerit repudietur, altera autem recipiatur, prout pluribus deduxi *Diſſertat. ad Lib.* 1. *Epiſtol. Ciceron. ad Familiar. theſ.* 10. Hîc verò dividere accipitur pro diſcedere ab alterius ſententia, & in diverſum, ſive alia omnia abire, nicht einſtimmig ſeyn.

(45.) Rationem, cur alicui parti in promovendo Imperatore favere poſſit Pontifex, ex eo deſumit, quod Sedes Apoſtolica Advocato & defenſore

ſore careat, ſi Principes Imperii, ſpretâ admonitione Pontificis, tergiverſentur, Ait: Num quid enim ſi Principes admoniti & expectati vel non potuerunt vel noluerunt, in unum propoſitum convenire, Sedes Apoſtolica Advocato & Defenſore carebit, eorumque culpa ipſi Pontifici redundabit in pœnam?

(46) Recognoſcit Pontifex hic Imperatorem ut Sedis Apoſtolicæ Advocatum, & Defenſorem einen Schutz- und Schirm-Herren. Et hoc munus hodienum obtinet Imperator vigore Capitulationum. Ita enim de hoc munere diſponit Capitulatio Sacratiſſimi Imperatoris LEOPOLDI I. *Art. 1.* Ibi: Daß Wir in ſolcher Zeit unſerer Kön. Würden/ Amt und Regierung / die Chriſtenheit / und den Stul zu Rom/ auch Päbſtliche Heiligkeit/ und Chriſtliche Kirchen/ als derſelben Advocat, in gutem treulichem Schutz und Schirm halten ſollen und wollen. Quod iisdem verbis in Capitulatione moderni Romanorum Regis JOSEPHI I. *Art. 1.* repetitur. Aſt quum Principes Imperii Romano-Germanici Sedem Romanam, prout hodie conſtituta eſt, non agnoſcant, nec illam eâ, quâ Romano-Catholici deſiderant, ratione tuituri ſint, Potentiſſimi Electores Proteſtantes Sedis pontificiæ protectioni non ſuffragati ſunt, prout docent diſertiſſima laudatarum Capitulationum verba *laudat. Art. 1.* Ibi: Gleichwohl/ ſo viel dieſen/ wie auch den nachfolgenden 18ten Articul gegenwärtiger Obligation, Auch ſollen und wollen Wir bey unſerm Heiligen Vatter ꝛc. belanget / haben vorgemeldte Unſere liebe Oheime (Electores ſcilicet Seculares, antiquâ Imperatorum conſuetudine ſic dicti) die zwey Churfürſten zu Sachſen und Brandenburg ſich außdrücklich gegen Uns erkläret / was da von dem Stuhl zu Rom / und Päbſtlicher Heiligkeit vor Meldung geſchiehet / daß Ihro Lbd. Lbd. vor ſich / und ihre Religions-Verwandten/ darinn nicht willigen / noch Uns damit verbunden haben/ noch erſtgedachte Advocatia dem Religion- und Prophan- auch zu Münſter und Oßnabrück aufgerichteten Frieden zum Præjuditz angezogen und gebraucht / ſondern demſelben gleicher Schutz gehalten und geleiſtet werden ſolle / wie Wir Ihnen denen zweyen Churfürſten dann auch ſolches/ krafft dieſes / verſprechen / und hiermit darzu verbinden. Advocatiam autem hanc non cum Carolo Magno cœpiſſe, ſed à Conſtantini Magni tempore ſemper duràſſe, & cum novi Imperii faſcibus, acclamante populo Romano, in Carolum Magnum eſſe tranſlatam evidenti ipſius Leonis Papæ confeſſione deducit Martin. Mager. à Schonberg. *elegant. tractat. de Advocat. armat. cap. 5. num. 160. fol. 127. & num. 322. fol. 141. edition. Francofurtenſ. 1625.* ubi etiam juramentum Caroli Magni Eccleſiæ Romanæ, reſpectu advocatiæ & protectionis, præſtitum exhibet.

(47.) Ex hoc ergo quod Pontifex agnoſcit Imperatorem Sedis Apoſtolicæ Advocatum, & Defenſorem, ritè deducunt Univerſitates Pariſienſis, Oxonienſis, Pragenſis, & Romana, Pontificem teneri edere confeſſionem ſuam Imperatori, &, ſi quid Injuſtè committat, Imperiali judicio emendationem promittete. Et nonne, ajunt, *Romana Eccleſia tenetur Imperatori tanquam ſuo Patrono? Et Imperator Eccleſiam fovere & defenſare tanquam ſuus verus Patronus. Certè ſic. Et quum Imperialis Majeſtas multiplici gaudeat privilegio, minoris & deterioris videretur conditionis, quàm privata perſona, quæ ex conſtitutione, fundatione, dotatione nanciſcitur Jus Patronatus. Patronis verò conceſſum eſt, ut Prælatos in Eccleſiis ſui Patronatus eligant. Quum ergo Imperator ſentiat Jus Patronatus, ut quia tenetur eum defendere, ſentire debet honorem & emolumentum. Et, ob hoc Patronatus jus, ſi de Apoſtolici fide dubitet Imperator, debet ei, tanquam Examinatori ſuæ fidei, confeſſionem exponere. Et, ſi quid injuſtè committit, emendationem promittere. Epiſtol. ad Vrbanum Pontificem & Wenceslaum Romanorum Imperatorem, Anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo transportatam,* quam repræſentat Goldaſt. *tom. 1. de Jurisdict. Imperator. Reg. & Pontific. ſeu Sacerdotal. fol. 231. num. 55. usque ad 60. edit. Francofurt. 1668.* Poſteaquam Pontifex poteſtatem promovendi Regem Romanorum ad Imperium ex jure ſe deduxiſſe exiſtimat, exemplo quoque illud firmare intendit.

(48.) Sciunt autem Principes, quòd Lotharius, & Cunradus in diſcordia fuiſſent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & Imperium obtinuit coronatus eodem Cunrado tunc demum ad ejus gratiam redeunte. Res ita ſe habet: Deceſſerat, Anno milleſimo centeſimo viceſimo nono, Henricus V. in locum hujus eligebatur Lotharius ejus nominis III. ex familia Ducum Saxoniæ. Hunc Sueviæ Dux Conradus oppugnabat, tum quòd indignè ferret, ad Saxones rediiſſe rerum ſummam, tum quòd ipſe defuncti Henrici V. nepos ex ſorore eſſet, adeoque Imperium jure ſucceſſionis prætenderet.

(49.) Illud enim liquidum eſt, à tempore Caroli Magni usque ad Henricum V. Imperium fuiſſe hereditarium, ita tamen, ut ſi forte defieerent deſcendentes, vel alia intercederet cauſſa ſontica, electio ad deſignandum Succeſſorem in Suppetias veniret; Hinc Ludovicus Rex, Frater Caroli II. Calvi Imperatoris, in Synodo Pontigonenſi, Anno Domini octingeſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, per Legatos ſuos, Willebertum, Archiepiſcopum Coloniæ, & Adalardum, & Menigardum Comites, petiit partem de Regno Ludovici Imperatoris, filii Lotharii fratris eorum, ſicut ei competeret ex hereditate, & firmatum illi ſacramento eſſet. Apertius hoc patet, ex conventione Ludovici III. Balbi Imperatoris, & Ludovici III. Orientalium Francorum Regis, Anno Chriſti octingenteſimo ſeptuageſimo nono, in Comitiis Furonienſibus initâ: Ibi *Articulo III.* ſpondetur: *Quod ſi ego vobis ſuperſtes fuero filium veſtrum Ludovicum adhuc parvulum, & alios filios veſtros, quos Dominus vobis donaverit, ut Regnum paternum hereditario jure quietè tenere poſſint & conſilio & auxilio, prout melius potuero, adjuvabo: Si autem vos mihi ſuperſtites fueritis, filios meos Ludovicum & Carolomannum, & alios, quos mihi divina pietas donare voluerit, ut Regnum paternum quietè tenere poſſint, ſimiliter & conſilio, & auxilio quàm optimè potueritis, adjuvabitis.* Videantur hæc apud Goldaſtum *tom. 3. fol. 291. & 293.*

(50.) A tempore autem Henrici V. Archiepiſcopus Colonienſis Regem Romanorum inuncturus, conſecraturus, & coronaturus his verbis compellare conſuevit; *Ita retine modo locum Regni, quem non jure hereditario, nec paternâ ſucceſſione, ſed Principum Electorum in Regno Alemanniæ, ſeu verius Romanorum, tibi noſcas delegatum, maximè per auctori-*

toritatem DEI *omnipotentis, & traditionem præſentem, & omnium Epiſcoporum, cæterorumque ſervorum Dei.* Refert hæc Goldaſtus *tomo ſæpiſſimè citato* 3. *fol.* 402.

(51.) Fruſtrà ergo hic contendit Pontifex Lotharium III. obtinuiſſe Imperium ex coronatione. Per hanc enim nihil novi juris Imperatoribus accedere, ſed, peractâ electione, electum Romanorum Imperatorem ſtatim plenarium Imperii Jus, plenamque adminiſtrationem conſequi, ſolidè oſtendunt, ſimulque ad hoc capitulum Venerabilem aliasque Pontificiorum objectiones reſpondent, Hieronymus Balbus, Epiſcopus Gurcenſis, peculiari *libro de coronatione ad Carolum V. cap. inprimis* 17. & 20. quem exhibet Goldaſtus *in Politic. Imperial. part.* 3. *fol.* 244. *uſque ad fol.* 263. *edit. Francofurtenſ.* 1616. Dominic. Arum. *Diſcurſ.* 2. *ad A. B. theſ.* 22. *pag.* 105. *uſque ad pag.* 112. *edit. Jenenſ.* 1619. & Johann. Limn. *tom.* 2. *Jur. publ. cap.* 4. *à num.* 56 *uſq; ad num.* 84. Pateſcit ergo ex his Imperatorem Lotharium obtinuiſſe Imperium ex ipsâ electione, antequam coronaretur à Pontifice.

(52.) Admonitionem nunc ſubjicit Pontifex ad illos Imperii Principes, qui, ſpreto Ottone Rege, Philippo Tuſciæ Duci favebant. Eos igitur, ait, duximus commonendos, ut à præfato Duce, juſto quidem à nobis judicio reprobato, recedant, & præfato Regi non abnuant adhærere, niſi tunc demum contra perſonam, vel factum legitimum quid ab eis objectum fuerit, & oſtenſum. Sunt enim notoria impedimenta Ducis, ſcilicet excommunicatio publica, perjurium manifeſtum, & perſequutio divulgata, quam progenitores ejus, & ipſe præſumſerunt in Apoſtolicam Sedem, & alias Eccleſias exercere. Fuit quoque à prædeceſſore noſtro excommunicationis vinculo innodatus, quòd poſtmodùm recognovit, dum per Nuncium ſuum abſolutionis beneficium poſtulavit, unde patet, quod ipſe fuit excommunicatus electus. Et infra. Et hîc adjicienda ſunt ex Notis quæ deſunt in ipſa Decretali: Et videtur non immeritò, quòd adhuc ſit ex eâdem excommunicationis ſententiâ innodatus, cum prædictus Epiſcopus cum ſuâ autoritate non poſſet abſolvere, auctoritate verò noſtræ delegationis, nec poſſet plus nec aliter liceret hoc ipſi, quàm ei fuerat ab Apoſtolicâ Sede conceſſum, ex eo etiam excommunicationis ſententiæ ſubjacere creditur manifeſtè: Quod cum perfidus Morenaldus (aliàs Marcoandus) Dei & Eccleſiæ inimicus cum univerſis fautoribus, tam Teuthonicis quàm Latinis excommunicationis vulgatæ vinculis ſuæ iniquitatis meritis ſit adſtrictus, ſicut etiam illi per litteras noſtras directas per P. judicem Placentinum ipſius Philippi Nuncium intimaſſe meminimus, quas ad ipſius Philippi audientiam credimus perveniſſe. Ipſe nihilominus, quamvis id non tantùm ex relatione ipſius judicis, ſed etiam per publicam famam ad notitiam ejus devenerit, eidem excommunicato non ſolùm communicat, ſed eum in malitiâ ſuâ fovet, & per Nuncios & per litteras ſuas exercuit vel exacuit furorem ipſius, ut chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum, Siciliæ Regem, illuſtrem Nepotem ſuum, quem jam privavit hereditate paternâ, adhuc privet poſſeſſione maternâ. Inter cauſſas reprobationis Philippi numerat Pontifex, ipſum fuiſſe à ſe, & Prædeceſſore ſuo excommunicatum.

(53.) Excommunicari dicitur, qui cenſurâ Eccleſiaſticâ à communione fidelium excluditur.

(54.) Aſt Papæ divinâ vel humanâ lege conceſſum eſſe, quòd excommunicando, pro lubitu, transferre poſſit Imperium, aut de puniendis temporaliter, in privatione Regnorum, Regibus & Principibus judicare, conſtanter negat Imperator Fridericus in Epiſtolâ Anno Chriſti milleſimo, ducenteſimo, quadrageſimo quarto ad Fridericum, Franciæ Regem miſsâ, apud Goldaſt. *tom.* 3. *conſtitut. Imperial. fol.* 375.

(55.) Et Innocentium III. contra Philippum multa abſurda quædam etiam falſa intexuiſſe Decretali huic, & frivolis inſiſtere objectionibus memorat *laudatus à Lichtenau in vit. Philipp. fol.* 306. *in princ.*

(56.) Nunc accuſat Pontifex Ducem Philippum perjurii, ait: Idem etiam, contra proprium juramentum, ſuper quo nec Conſilium à Sede Apoſtolicâ requiſivit, ambitionis vitio, regnum uſurpare præſumſit, quum ſuper illo juramento, prius Romana Eccleſia conſuli debuiſſet, quàm contra ipſum propriâ autoritate venire præſertim illo exemplo, quod, quum Gabaonitæ à filiis Iſrael per fraudem ſurripuerint juramentum, ipſi tamen cognitâ fraude contra illud venire temerè noluerint, utrum verò dictum juramentum ſit licitum, & ideo ſervandum, nemo ſanæ mentis ignorat ad noſtrum judicium pertinere, & infra. Juramentum à Philippo præſtitum, cujus meminit hîc Pontifex erat tale: Pollicebatur Philippus Henrico, adhuc ſuperſtiti, jurejurando, ſe Filio ipſius, poſt patris abitum è vivis, fore fidelem, enixèque id acturum, ut faſces Imperii Romano-Germanici obtineret; Tantum verò abeſt, Philippum perjurii argui poſſe, ut potiùs laudanda ſit induſtria ejus, in acquirendo Imperio, pro fratris ſui filio. Non enim ſui ipſius, ſed alterius gratia prenſavit faſces.

(57.) Et ſic nil ad rem facit, quod ſubjungit Pontifex exemplum Gabaonitarum, juramentum à filiis Iſraël, per calliditatem, & aſtutiam, extorquentium. Fingebant etenim Gabaonitæ, ſe è regione longinquâ venire, & Joſuæ ac præcipuis populi Iſraëlitici, donaria offerebât, ut vitam ſervarent ab hoſte ad internecionem graſſante, & hoc ipſo adducebant Joſuam & primores populi Iſraëlitici, ut juramento fœdus cum ipſis pangerent; Detectâ fraude, tertio poſt juramentum die, quum Iſraëlitæ Gabaonitarum fines tranſirent, nihilominus pactis ſteterunt juratis, ita tamen, ut ſervituti perſonali, quoad ligna ſcindenda, & hauriendas aquas ſeſe addicerent Gabaonitæ, qui, ſi egiſſent apertè, ad tributariam conditionem recipi potuiſſent. Hiſtoria exhibetur *in libro Joſuæ cap.* 9. *verſic.* 3. *uſque ad finem capit.* Factum Gabaonitarum, & Iſraëlitarum juramentum ſedulò examinant Hug. Grotius *tractat. de Jure Bell. ac Pac. lib.* 2. *cap.* 13. §. 4. *pag.* 270. *edit. Amſtelod.* 1680. & Samuel Puffendorff. *elegant. tractat.*

ſtat. de Jur. Natur. ac Gent. lib. 4. cap. 2. §. 7. pag. 497. *edit. Francofurt. ad Mœn.* 1684. Quum ergo Dux Philippus juramentum præſtiterit Henrico Imperatori, nullâ calliditate, nullâque aſtutiâ adductus, illudque intemeratè ſervaverit, incongruum planè eſt exemplum Gabaonitarum adductum. Ideo autem arguit Pontifex Ducem Philippum potiſſimùm, quòd ſuper hoc juramento Apoſtolicam Sedem priùs requirere debuiſſet, ſitne licitum, vel illicitum, ſitne ſervandum, an non ſervandum.

(58.) Arrogat ergo ſibi Pontifex Innocentius poteſtatem cognoſcendi & decidendi de juſtitiâ, validitate ac invaliditate juramentorum, à Principibus Imperii præſtitorum, in quo ipſi ſuffragantur Andreas Fachinæus *lib. Controverſiar. Juridic.* 3. *cap.* 13. Didac. Covarruv. *Tom. I. Relect. fol.* 343. *column.* 2. *&* 344. *col.* 1. *edit. Colonienſ. Allobrog.* 1686.

(59.) Rectè tamen ab eo diſcedunt Benedict. Carpzov. *ad L. Reg. Roman. cap.* 9. *Section.* 12. *num.* 4. *uſque ad num.* 13. *fol.* 234. *edit. Francofurtenſ. & Lipſienſ.* 1677. Theodor. Reinking. *de Regim. Secular. & Eccleſiaſtic. lib.* 3. *claſſ.* 1. *cap.* 10. *num.* 54. *uſque ad num.* 59. *pag.* 553. *edit. Marpurg.* 1641. Caſpar. Ziegler. *tractat. de Jur. Majeſtat. lib.* 1. *cap.* 21. §. 3. *pag.* 355. *edit.* Witteberg. 1681. Cunrad. Ritterſhuſ. *Comm. ad Novell.* 51. *cap.* 20. *num.* 8. *pag.* 602. *edit. Argentoratenſ.* 1615. eruditè oſtendentes Jus cognoſcendi de juramento & relaxandi à Pontifice per Legem Regiam ad Imperatores tranſiiſſe & ſæpius exercitum fuiſſe, nec per hanc aut aliam Decretalem Juribus Cæſareæ Majeſtatis, & Imperii Statuum derogari poſſe, quippe quod Pontifex Imperatori ſubſit, nullamque poteſtatem Legiſlatoriam in Imperio Romano-Germanico habeat, prout capite ſequenti latè deductum eſt.

(60.) Inſuper arguit Pontifex Philippi genus perſequutionis Apoſtolicæ Sedis, cujus verba recitantur in notis ad hoc capitulum. Quod autem Philippus de genere perſequutorum exiſtat; Principes non credimus dubitare, cum Henricus, qui Primus Imperium de genere ipſius hoc accepit, bonæ memoriæ Paſchalem Papam, prædeceſſorem noſtrum, cum Epiſcopis, & Cardinalibus, & multis nobilibus, Romanorum, præſumſerit captivare. Fridericus autem, pater ipſius Philippi, contra felicis recordationis Alexandrum Papam, prædeceſſorem noſtrum, longo tempore, ſchiſma fovit. Henricus, frater ipſius Philippi, qualiter ſe habuerit circa interfectores Sanctæ memoriæ Auli Leodienſis Epiſcopis, quem ipſe priùs coëgerat exulare, ac Corradum, qui Hoſtienſem Epiſcopum ceperat, ſatis noſtis. Quin etiam qualiter venerabilem fratrem noſtrum Auximianum Epiſcopum alapis cædi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & tractari eum in pluribus inhoneſtè; qualiter & quoſdam familiares Eccleſiæ naſo fecerit mutilari; qualiter quoque prædictum Salernitanum Archiepiſcopum captivari, & quoſdam viros eccleſiaſticos flammis torreri fecerit, quoſdam verò viros in mari ſubmergi, ad tuam & aliorum Principum credimus audentiam perveniſſe. Indignè inculpat Pontifex Progenitore Philippi.

(61.) Et Henricum quidem, ejus nominis Vtum, ideò, quòd juſtiſſimè perſequeretur poteſtatem inſtituedi Epiſcopos, à Pontificibus dudum in Imperatores transſcriptam, ceu diſertiſſimè indicat *Canon. Hadrianus* 22. *Diſtinct.* 23. his verbis: *Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem, ad defendendas res Eccleſia, poſtulavit. Carolus vero Romam veniens, Papiam obſedit, ibique relicto exercitu, in Sancta Reſurrectione, ab Hadriano Papa Romæ honorificè ſuſceptus eſt. Poſt Sanctam vero Reſurrectionem reverſus Papiam, cepit Deſiderium Regem: Deinde Romam reverſus, conſtituit ibi Synodum cum Hadriano Papa, in Patriarchio Lateranenſi, in Eccleſia Sancti Salvatoris: Qua Synodus celebrata eſt à CLIII. Epiſcopis religioſis, & Abbatibus. Hadrianus autem Papa, cum univerſa Synodo, tradiderunt Carolo jus & poteſtatem eligendi Pontificem & ordinandi Apoſtolicam Sedem. Dignitatem qnoque Patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper Archiepiſcopos & Epiſcopos, per ſingulas provincias, ab eo inveſtituram accipere definivit, & , ut niſi à Rege laudetur, & inveſtiatur Epiſcopus, à nemine conſecretur: Et, quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & niſi reſipiſceret, bona ejus publicari præcepit.* Id quod plenè tractant Acta in Comitiis Aquaspenſilibus inter Cardinales Girardum & Guidonem, Sedis Apoſtolicæ Legatos, & Abbatem ac Monachos Cœnobii Caſinenſis, cui judicio præfuit Imperator Lotharius, Anno Domini milleſimo, centeſimo, triceſimo ſeptimo, VII. Id. Jul. apud Goldaſtum *tom.* 3. *Conſtitut. Imperial. fol.* 320. *uſque ad fol.* 326.

(62.) Quum verò, poſt obitum Henrici IV. Filius ejus, quamvis degener, Henricus V. Imperii faſces arripiens, in occupandis urbibus, quæ Patri, quem ſolio dejecerat, manſerant fideles, unicè intentus eſſet, Pontifex Paſchalis II. coactis Synodalibus Comitiis, Pontificiam autoritatem non minùs, quàm Henricus Imperialem armis, augere ſtudebat, reſuſcitando contentionem, de dandis & inveſtiendis Epiſcopis, quæ maximas in Germaniâ turbas atque clades excitaverat. Decernebatur in Synodo iſtâ, nemini ex Laicis competere poteſtatem dandi, atque inveſtiendi Epiſcopos; Id quod Papa Paſchalis, durante adhuc Concilio, exequutioni dabat, dejiciendo eos, qui ab ipſo inveſtituram petere negabant, aliosque in locum ipſorum ſurrogando.

(63.) Imperator Henricus, de decreto & exequutione iſtâ certior factus, ablegabat ſuos ad Pontificem, obteſtaturos, ne Imperator Inveſtiendi Epiſcopos jure ſpoliaretur, quod Carolo Magno, omnibusque ejus Succeſſoribus in Imperio, tributum, quodque Imperatores ultra trecentos annos, exercuiſſent.

(64.) Pontifex paciſcebatur de induciis, usque dum Imperator Romam veniret. Nec enim ſibi integrum eſſe, de tantis definire rebus extra ſuum territorium.

(65.) Imperator, rebus in Germania pacatis, Romam ingreditur, poſteaquam cum Pontifice, per Legatos, de interitu, inſidiarum experte, tranſegerat. Adventans à Clero & Populo honorificè excipitur, inque Baſilicam Petri deducitur. Quumque poſt longam altercationem, Pontifex Epiſcopos, ab Imperatore inſtitutos, confirmare renueret, Imperator, re animo agitata, quod pace poteſtatem inſtituendi Epiſcopos tueri nequiret, milites, dato ſigno,

ſigno, evocat, & Pontificem, unà cum Cardinalibus, in caſtra ſua perduci, ibique cuſtodiri jubet, uſque dum largirentur, competere ipſi poteſtatem inſtituendi Epiſcopos. Romani, factum Imperatoris ægerrimè ferentes, cum exercitu Henrici arma acerrimè conſerunt, aſt, ſuperatis illis, Henricus Româ abit, atque Pontificem cum Cardinalibus, in altiſſimum & munitiſſimum montem Sancti Sylveſtri, quem alii Soractim appellant, deduci ibique, diſpoſitis circumquaque præſidiis, aſſervari curat, uſque dum ipſi poteſtatem Inſtituendi Epiſcopos competere aſſererent.

(66.) Ad hæc Pontifex, cum Cardinalibus relaxatus, Romamque redux, ante Baſilicam S. Petri Imperatorem conſecrat, oleo ungit, atque coronat, & facultatem inſtituendi ac inveſtiendi Epiſcopos, præſente totâ Eccleſiâ, manu propriâ largitur, omnesque anathematis reos damnat, qui Poteſtati Imperatoriæ in Inſtituendis Epiſcopis, dicam ſcripſerint.

(67.) Vix diſceſſerat Româ Imperator, quum Pontifex Paſchalis, inſtinctu cœtus Eccleſiaſtici, Decretum de competenti poteſtate Imperatoriâ in conſtituendis Epiſcopis, ſolenniter, reſcinderet, eò quòd attenderetur ab ipſis, quantum pondus auctoritati Pontificiali ademtum ſit.

(68.) Cogitur tandem A. O. R. MCXVI. Concilium Romæ, in quo, poſt aliquot dierum altercationem acerrimam, præſentibus Cæſareis Legatis, Libertas Imperatoria in conſtituendis Epiſcopis, in Baſilica Sancti Salvatoris, publicè damnatur.

(69.) Nuncio hujus injuſtitiæ ad Imperatorem delato, excandeſcens ipſe, armis à Pontificum violentia tueri parat, quæ jure & ratione ſarta tectaque conſervari nolebant Pontifices.

(70.) Papa Paſchalis, intellecto Imperatoris adventu cum exercitu, deſertâ Româ in Apuliam abit, eoque rem deducit, ut ejus Rex Rogerius exercitum contra Imperatorem Henricum colligeret, eumque Roma ejiceret: Aſt, ſimulac fama ad eum perveniebat, Imperatorem armis cum ipſo experiri velle, copias ſuas in Apuliam retrahit.

(71.) Imperator autem, cujus coronatio irrita erat pronunciata, ab Archiepiſcopo Barcharenſi Mauritio, ejus nominis II. in Æde B. Petri ſacrâ, denuò coronatus, Germaniam repetit.

(72.) Quo intellecto Pontifex Paſchalis Romam reverſus, paucis diebus elapſis, ex hac vitâ diſceſſit. Atqui hæc ſunt, quæ Pontifex Innocentius progenitoribus Philippi tam acerbè exprobrat; Jurene an injuria, judicabunt omnes, qui expendent, quid ſit involare in Jura Imperatoria, quæ in ipſos à prioribus Papis diſertiſſimè erant tranſlata.

(73.) Refert haſce res geſtas ingenuè Robert. Barns, *elegant. tractat. de rit. Pontific. Romanor. in Paſchal. II. pag. 206. uſque ad pag. 221. edit. Lugdun. Batav.* 1615. ubi valdè conqueritur, de ſubleſta multorum Hiſtoriographorum fide, quos in Italia omnes id temporis Paſchalis Papa ſibi tenuerit obnoxios, ut nemo de veritate hiſcere auſus fuerit.

(74.) Sed & Friderico ejus nominis I. qui communiter Barbaroſſa dicitur, Philippi Tuſciæ Ducis Patri, imputat Pontifex Innocentius, ac ſi longo tempore, ſchiſma foviſſet, contra Papam Alexandrum III.

(75.) Schiſma, cujus meminit Innocentius in hoc cap. inde ſubnatum eſt, quòd mortuo Hadriano IV. viginti quinque Cardinalium ſuffragio, crearetur Pontifex Alexander III. Rolandus antea dictus, trium autem Cardinalium votis populique Romani atque exercitus conſenſu ſufficeretur Octavianus, civis Romanus, Presbyter Cardinalis Scti Clementis, eamque electionem inprimis approbaret Decanus, cum toto choro Sancti Petri, indeque Octavianus electus diceretur Victor IV. Quum verò electionis hujus diverſitas parere videretur diſſidium periculoſiſſimum, conveniebat inter utriusq; partis patronos, ut neuter ab electis inſtitueretur prius, quàm contentio legitimè ſopita ſileret. Aſt pars Rolandinæ factionis, confiſa ſuâ potentiâ frangebat fidem, publicando electionem Rolandi, eumque Alexandrum, ejus nominis III. appellando. Natum exinde eſt Schiſma maximum, dum quisque à partis ſuæ fautoribus obedientiæ teſſeram ſumebat.

(76.) Alexander, ſuppetias apud Siciliæ Regem quærens, inſtituitur Pontifex. Quo facto implorat Fridericum, id temporis Cremonam obſidentem, ut autoritate ſuâ ſchiſma exortum tolleret, ſuæque inſtitutionis rationem haberet.

(77.) Imperator, re animo probè repetitâ, illius diſcuſſionem ad Synodum pertinere exiſtimabat, quo in illa cognoſceretur hæc cauſſa, & lis dirimeretur, adeoque reſpondebat Legatis, neceſſe eſſe ut uterque Pontificum deſignatorum Papiam veniret, ubi Synodum ſe indicturum ſpondebat. Alexander, qui dejectionem Victoris à Pontificali Sede, ſine ulla tergiverſatione, & temporis diſpendio anhelabat, Papiam ire detrectans Agnaniâ tendebat, Cæſaris inſtituto ſilentio ſepulto. Imperator detrectationem Synodi indignè ferens, Papam per duos Epiſcopos cohortabatur, ut ne ad Concilium Papienſe venire differret; Alexander, ſpretis Imperatoris Legatis, ſuperbiſſimè reſpondebat, Pontificem Romanum à nemine judicari debere. Miſſo Alexandro, Legati ad Victorem, Cigniæ tunc agentem abeunt, eumque Pontificio cum honore, Papiam ad Imperatorem comitantur, quippe quod judicio Synodi ſtare ſpoſpondiſſet. Cauſſa in Synodo diligenter excuſſa, teſtibusque, qui electioni interfuerant, receptis, Imperator cum Patriarcha Aquilejenſi, Epiſcopo itidem Cremonenſi, multisque aliis Epiſopis, Victorem, Pontificem Romanum pronunciant, eumque, ut conſuetum erat, equo albo, per urbem Ticinenſem, circumferri curant, indicando, Victorem verum eſſe Romanum Epiſcopum. Exinde Imperatoris juſſu, Papia in Alemanniam abit, ibique ab omnibus obedientiam recipit.

(78.) Excandeſcens itaque Alexander & Imperatorem & Victorem excommunicationis flagello ferit, eò quod ipſum jure ſuo ſpoliâſſent. Alexander auxiliante Galliæ Rege, multas turbas excitat, inter quas Victor è vivis abit.

(79.) Aſt nec cum illius anima exſpirabat Schiſma, ſed Paſchalis, Calixtus & Innocentius Alexandro refragabantur acriter, ipſe tamen Pontificis munus ſuſtinebat, Romanis cauſſæ ipſius faventibus.

(80.) Alexander autem, quò Imperatori, perſeveranter ipſum perſequenti, perniciem & interitum pararet, faciem Imperatoris, neſcio eo, exprimere curat, & ſimulacrum ejus Soldano, Turcorum Imperatori, transmittit, eumque litteris mo-

monuit, ut Fridericum Imperatorem, id temporis cum exercitu, in oris Turcicis agentem, extingueret, ſi quietus vivere deſideraret. Ad Soldanum perductus Imperator, ſimulavit ſe Imperatoris oſtiarium.

(81.) Soldanus faciem ipſius ex imagine à Pontifice transmiſſa perſpiciens, ſimulacrum Imperatoris produci, litteraſque à Pontifice perſcriptas recitari curat. Imperator, tam nefaria proditione perculſus atque perterritus, aperit inſtitutum contra Soldanum conceptum & rogitans miſericordiam contendit. Soldanus, poſt tres menſes, Imperatore, ejusque Sacellano, ex ergaſtulo, cui incluſi erant, humaniter tamen habiti, relaxatis, fœdere cum Friderico perpetuæ pacis ſancito, ipſum in Germaniam dimittit.

(82.) Poſt reditum Comitia Noribergæ indicit Imperator, ibique Proceribus proditorias Pontificis Litteras, à Suldano ſibi traditas, prælegit, quibusque modis & conditionibus liber evaſerit oſtendit. Status Imperii perfidiam ac proditionem Alexandri ægerrimè ferentes, ſuppetias Imperatori ſpondent contra proditorem Imperii. Legitur in Italia miles, nemine repugnante;

(83) Imperator Romam petebat, miſſis ad urbem Legatis, & diſſimulatâ Pontificis injuria, poſtulabat, ut Eccleſiaſticæ adminiſtrationis ſumma apud unum maneret, & Eccleſiæ concordia reſtitueretur.

(84.) Alexander, Imperatorem conſilii ſui compotem fore perſpiciens, XVII, Pontificatus ſui, Anno primùm Cajetam, deinde Beneventum, tandem in habitu coqui, Venetias venit, ubi in monaſterio deliteſcens, poſt aliquot menſes, agnitus, juſſu Ducis Sebaſtiani, Pontificali Pompa in templum Divi Marci deducitur.

(85.) Imperator ſuccenſens Venetis, quòd Imperii hoſtem recepiſſent, poſtulat ab ipſis, ut reſtituatur ſibi, quumque id recuſarent Veneti, cum armata manu, mittit Ottonem filium ad repoſcendum Alexandrum, addita tamen præcautione, ne quid tentaret priùs quàm ipſe adventaret Imperator.

(86.) Aſt Princeps Juvenis, cupidusque famæ & gloriæ, abſente patre, manus cum Venetis conſerit, ſucceſſu infeliciſſimo; Captus enim ad vincula deducitur, maximo cum Alexandri tripudio.

(87.) Hic enim infortunio Ottonis criſtam erigebat, nec pacem aliter inire volebat, quàm ſi Imperator ipſe Venetias veniret, conditiones pacis à Pontifice impetraturus.

(88.) Imperator fortunæ filii proſpecturus, Venetias properat, & accedens Papam, in veſtibulo ædis Sacræ Divi Marci, pedes oſculatur ejus, deinſimul ad altare majus profecti, accepta dataque fide de pactionibus pacis, diu multumque colloquuti ſunt, quæ ſequenti die, ex ſententia Pontificis, confecta eſt, prout refert Platina *in vita Alexandri III, pag.* 206.

(89.) Nec enim illis fidem tribuo, qui referunt, Imperatorem Fridericum, juſſu Pontificis Alexandri, humi proſtratum, petiiſſe veniam, & Pontificem proſtrati Imperatoris collum pedibus, cum verbis Thraſonicis, conculcaſſe: Scriptum eſt, ſuper aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, Cæſarique ad contumeliam iſtam regerenti, non tibi, ſed Petro, conculcato denuò ipſius collo reſpondiſſe Pontificem: Et mihi & Petro. Neque enim hoc reticuiſſet Platina, Alexandro, in recenſendis hisce geſtis, per omnia addictus. Sic ergo ſe habet Schisma, cujus meminit hæc Decretalis; Et hic eſt eventus cauſſæ ab Imperatore pro Eccleſiæ & Imperii ſalute ſuſceptæ. An in geſtis illis Imperatoris aliquid occurrat, quod cenſuram & vindictam Innocentii Papæ, in poſteris Friderici Imperatoris, mereatur, judicabunt omnes qui proceſſum contra Alexandrum ſatis juſtum penſitabunt.

(90.) Fridericum deſcribit Cunradus à Lichtenau in *vitâ ejus fol. Chron,* 282. quòd fuerit Vir in conſiliis providus, in negotiis peragendis virilis, affabilis, manſuetus, ſuperbis reſiſtens, ingenio ſubtilis, memoria excellentiſſimus.

(91.) Quæ Innocentius Papa porrò objicit Philippi propinquis de crudelitate in Epiſcopos, Lodienſem, Hoſtienſem, ea fide Hiſtorica planè carent, adeoque nulla ſunt dilutione digna,

(92.) Blanditiis tandem à Principibus Imperii obtinere contendit Pontifex, quod de Jure ipſi non competebat: Ideoque eligentium Jura tueri præſumit, demonſtando, ex Imperio, electitio fieri ſucceſſivum, ſi Philippus Dux fratri ſuo defuncto ſuccederet, ait: Inſuper, ſi prædictus Dux Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & Imperium obtinendi, de cætero, cæteris fiducia tolleretur. Nam ſi, prout olim, frater dicti Ducis patri eorum, ſi dux ipſe fratri ſuo ſuccederet, videretur Imperium, non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi, & in præjudicium Principum redundaret, ſi non niſi de domo Ducis prædicti videretur aliquis ad Imperium adſumendus. Et infra. Supplenda ſunt hæc ex notis ad capitulum hoc modo: Quum ergo nos flecti à propoſito, noſtro nulla penitus occaſione poſſimus, ſed in eo potius firmiſſimè perſiſtamus, & tu nobis ſæpe, per litteras tuas duxeris ſuggerendum, ut eidem Duci nullatenus faveremus.

(93.) Nulla adeſt in hoc Pontificis aſſerto conſequentia; Non enim ſequitur: Eligitur Frater defuncti Imperatoris ad Imperium, ergo illud eſt Succeſſorium; Nec enim ſucceſſit fratri defuncto Philippus, uti loquitur Pontifex, ſed electus erat ab Imperii Principibus, in locum fratris demortui, ut adminiſtraret Imperium. Confundit ergo Pontifex ſucceſſionem & electionem. Illa obtingit Imperatoribus absque facto alterius, hæc verò deſiderat manum aliorum. Sic ab anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo, usque ad annum ſexcenteſimum, nonageſimum, ex Sereniſſima Domo Auſtriaca, duodecim electi ſunt Imperatores & Reges Romanorum, Fridericus III. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. Ferdinandus III. Ferdinandus IV. Leopoldus I. Joſephus I. tum ob potentiam, tum ob inſignia in Imperium Romano-Germanicum merita, quod pluribus, perſequitur immortalis Conringius

in not. ad Lampad. pag. 93. exinde tamen Imperium nullo modo factum eſt hereditarium, ſed manet & manebit electitium.

(94.) Denique ait Pontifex: Nobilitatem ergo tuam monentes, per Apoſtolica Scripta mandamus, quatenus à præfato Duce recedas, omnino, non obſtante juramento, ſi quod ei, ratione regni, feciſti, quum (eo quantum ad obtinendum Imperium reprobato) juramentum hujusmodi non debeat obſervari. Monet nunc Pontifex & Apoſtolicâ autoritate jubet Zaringiæ Ducem, ut, deſerto Philippo Duce Regi Ottoni à ſe deſignato, adhæreat, & reſcindit juramentum, ſi quod Philppo à Zaringiæ Duce præſtitum ſit. Aſt ejusmodi juramenti relaxationem Pontifici minimè competere antea oſtendi. Atqui ſic perſpeximus Pontificis & prætenſionem in promovendo Rege Romanorum ad Imperium, & Mandatum de deſerendo Philippo, & adhærendo Regi Ottoni.

(95.) Sæviſſima ex hac contentione orta ſunt bella, multumque humani ſanguinis profuſum. Frequenter etenim commiſſæ ſunt inter Philippum & Ottonem pugnæ, maximè circa Moſellam fluviũ, in quibus Otto ſemper fugabatur, usq; dum Philipp. ab Ottone, Comite Palatino de Witilisbach, Babenbergæ in Saxonia, & quidem in Camera, nefario auſu trucidaretur. Plenè hæc recenſet laudatus à Lichtenau *in vit. Philipp. fol. Chronic.* 310.

(96.) Philippo ſic nefariè trucidato Romam properat Otto IV. cujus partes Pontifex in hac Decretali tam acerrimè tuetur, & ab eodem Imperii Diadema accipit. Aſt non diu durabat hæc ex perſequutione Philippi quæſita amicitia, ſed, juſto Dei judicio, ſecundo Imperii Ottonici anno, evaneſcebat. Quum enim Otto recuperare, intenderet, quæ ſub dolis Pontificum machinationibus ab Imperio erant avulſa, anathemate à Pontifice feriebatur, ac dignitate Imperiali deſtituebatur, Principibus Imperii à Sacramenti religione, qua Ottoni erant adſtricti, ſolutis adjectâ interminatione anathematis, ſi quis Ottonem diceret aut haberet Imperatorem. Itaque in locum ejus ſurrogabatur Fridericus II. Siciliæ Rex, qui tamen ab eodem Innocentio anathemate flagellabatur, quod expeditionem in terram Sanctam adornare nollet.

CAP. III.

Interpretationem Decretalis Politicam proponit.

CONSPECTUS.

(1) Deſtructio auſuum Papalium ab Imperatoribus & Imperii Proceribus. (2) Fridericus Barbaroſſa Legatos Pontificales ipſi beneficia, in conferendâ Imperii corona, aliaque beneficia objicientes, cum acri interminatione, rejicit. (3) Epiſcopi Germani Pontifici Adriano demonſtrant ſeminarium mali ex arrogantia Papali propullulans. (4) Explicatio Pontificis Adriani, quid ſub phraſeologia, contulimus tibi inſigne Imperialis coronæ, aliaque beneficia, intelligatur. (5) Admonitio Imperatoris Friderici, ut populus Romanus ultionem excommunicationis à Pontifice in Imperatorem arrogatæ, ulciſcatur. (6) Edictum Imperatoris Ludovici IV. Bavari, ab Electoribus, & cæteris Imperii Proceribus, Anno 1338. Sacramento roboratum, ut Imperatoria poteſtas ex ſola Electione pendeat, nec quicquã in hoc negotio autoritati Pontificis aſſignetur. (7) Extenſio hujus Decreti in Comitiis Francofurtenſibus, Anno 1339. ut nec Apoſtolicæ Sedis confirmatio & inunctio ad ſuſcipiendam Imperii adminiſtrationem neceſſe ſit. (8) Damnatur in iisdem Comitiis dogma, per inunctionem Imperii Jus ad Papam devolvi. (9) In iisdem comitiis rejicitur, & ut nulla declaratur Clementin. Paſtoralis de Sentent. & re judicat. aſſerens, Pontificem habere ſuperioritatem ad Imperium, & ſuccedere Imperatori vacante Imperio. (10) Poſtulatum Pontificis Clementis: Imperium Romanum eſſe beneficium primarii Sacerdotis, nec ante Cæſarem eſſe aut vocari, quàm Papa autor fieret, ab Imperatore Ludovico IV. & Imperii Proceribus, in Comitiis Francofurtenſibus Anno 1345. ut pravum, ineptum, antiquatum, vanum, & irritum pronunciatur. (11) Perfidiam quorundum Germaniæ Archiepiſcoporum & Procerum, nummis Pontificiis corruptorum, Ludovicum Imperatorem deſerentium, inque locum ejus Carolum, Bohemiæ Regis filium deſignantium, maxima pars Statuum Imperii in Comitiis Auguſtanis execratur, & Imperatori fidem conſtantem, & ultionem flagitiorum à perfidis commiſſorum ſpondent. (12) Pontificis Clementis VI. factum in conferendo diplomate Imperatorio Regis Bohemi filio, poſt obitum Ludovici Imperatoris, cum poſtulato, ut Proceres Imperii jurent, nullum poſthac fore Cæſarem priùs, quam Papa fieret autor. Imperator Guntherus & Status Imperii Anno 1349. ut inſanum pronunciant Pontificem Edictoque publico, ut Subditum Imperii Romano-Germanici declarant, adjectâ pœnâ Læſæ Majeſtatis, ſi quis aliter ſenſerit, ac dixerit. (13) Ratio hujus pronunciati oſtenditur Edicto Imperatoris Friderici de Annno 1239. quod Papa omnes poſſeſſiones ſuas, ſalvo Jure Imperiali acceperit. (14) Pontifices olim ſine conſenſu Imperato-

ris nec electos, nec conſecratos, imò ab Imperatoribus ad obedientiam redactos, refractarios autem de Sede eſſe dejectos, Exemplo Papæ Sergii II. & Hildebrandi ſive Gregorii oſtenditur. (15) Imperatoris Henrici IV. imbecillitas animi, ob Pontificis Hildebrandi excommunicationem, & Coronæ Imperialis ademtionem. (16) Ejusdem refocillatio & alacritas in dejiciendo Hildebrando & ſurrogando Clemente. (17) Hildebrandus à Romanis deſertus Salernæ in exilio miſerè perit. (18) Pontifex hodie eſt Imperatore minor. (19) Imperatoris Jus hodiernum in confirmandis & deponendis Pontificibus. (20) Coronatio & Conſecratio Imperatorum olim à Pontificibus ſuſcepta ab ævo Maximiliani I. per duo Secula exolevit. (21) Votum pro vita diuturna Sacratiſſimi Imperatoris, & Regis Romanorum moderni.

INTERPRETATIO

TEXTUS.

(1.)

SI eventum Pontificalis arrogantiæ in promovendo Romanorum Rege ſpectemus, infelicem eum deprehendimus. Imperatores etenim, & Imperii Principes, animo agitantes, ſub arrogantia iſta ſummam latere Pontificum tyrannidem, acriter ſeſe auſibus oppoſuére Pontificalibus.

(2.) Etenim Fridericus Barbaroſſa, Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo, Legatos Pontificis literas ipſi, in curia Biſuntienſi, præſentantes, quarum tenor erat, quod præ oculis ſemper habere deberet Imperator, qualiter Dominus Papa inſigne Imperialis coronæ ipſi contulerit, neque tamen pœnitentia moveretur, ſi Imperator majora à Pontifice ſuſcepiſſet beneficia, graviter id habebat, & eadem, qua venerant via ad urbem Romam eos abire jubebat, cum hoc additamento, ut, quicunque ſe Imperalium coronam pro beneficio à Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni & doctrinæ Petri contrarius æſtimetur, & ut mendacii reus condemnetur, ceu diſertè oſtendit Epiſtola Imperatoris ad Imperii Principes apud Goldaſt. *tom. Conſtitut. & Reſcriptor. Imperial. 1. fol. 60. ſeq.*

(3) Indeque Epiſcopi Germaniæ Pontifici Adriano demonſtrârunt, commotam eſſe univerſam Rempublicam Imperii Germanici de hâc Pontificis aſſertione, & quantum mali ſeminarium aſſertio iſta præbitura eſſet, niſi Deus avertat, in litteris ad Papam, Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, translatis.

(4.) Anno itaque quinquageſimo nono, præſcribebat Adrianus IV. Pontifex ad Imperatorem Fridericum, ſe per verba *Imperialis corona, & majora Imperatorem à Pontifice ſuſcepiſſe beneficia*, nihil indigitare aliud, quàm impoſitionem coronæ, & per beneficium intelligere bonum factum, quod impoſitione coronæ in caput Imperatoris præſtitiſſet. Litteras Pontificis videre licet apud Goldaſt. *laudat. tom. 1. Conſtitut. & Reſcriptor. Imperial. fol. 63.*

(5.) Nihilominus graves contra Imperatorem excitabat Pontifex in Italiam ſeditiones eumque excommunicabat, adeò, ut Fridericus Imperator, Anno milleſimo ducenteſimo viceſimo ſeptimo, populo Romano graviter objiceret, quòd ſe Adriano Papæ, Imperatorem excommunicanti, non oppoſuerit, quum Roma caput Imperii ſit, & Romanus Imperator à Romæ vocabulo nuncupetur, inſtanterque monet & hortatur, ut injuriam ſibi illatam ulciſcantur, pluresque populos ad ultionem permoveant, apud Goldaſt. *tom. ſæpius laudat. 3. fol. 374.*

(6.) Aſt quum Papæ non quieſcerent, Cæſaream conculcare Dignitatem, & id omnibus viribus agerent, ut tyrannidem ſtabilirent, convocabat Imperator Ludovicus IV. Bavarus, Anno milleſimo trecenteſimo trigeſimo octavo, Electores & Ordines Imperii in pomarium vici Rhenoſci, ibique, cum illis, Edicto ſanciebat, quod vocant perpetuum, quodque Sacramento roborabant omnes: *Ut inpoſterum, ex ſolo electionis beneficio, omnis poteſtas, Imperiumq; pendeat, nec ullo pacto Pontificis Romani, in hac re, Sanctimoniâ, flaminio, autoritate & conſenſu opus ſit. Quicunq; aliter docuerit, ſenſerit, factitârit, crimine Læſæ Majeſtatis reus, hoſtis Reipublicæ, atq; proſcriptus, capite pœnas ſolvat, bona ejus publicentur, prædiaq; confiſcentur.*

(7.) Quod Decretum in Comitiis Francofurtenſibus, Anno ſubſequenti trigeſimo nono, fuit repetitum, & adeò extenſum, ut Imperator etiam citra ſedis Apoſtolicæ confirmationem & inunctionem Imperii jura & exercere & adminiſtrare poſſit, præſertim, quum inunctiones, ſolennitates modò ſint adjuventitiæ, à Pontificibus excogitatæ, nomina tantùm & non res concernentes. *Quis enim*, ait Ludovicus Imperator, in hoc Decreto Francofurtenſi, *Romanus Pontifex conſecravit Conſtantinopolitanos Imperatores? Et quis ante Carolum multos Chriſtianos Cæſares? Et ante Conſtantinum Ethnicos quis Imperatores?*

(8.) Damnatum quoque eſt, in his Comitiis Francofurtenſibus, dogma, *per inunctionem Imperii Jus ad Papam devolvi*, utpote contra Sacri Imperii libertatem, Dignitatem, Jura ac Majeſtatem tendens. Longâ enim & inconcuſsâ conſuetudine à majorum ordinatione eſſe obſervatum, ut, vacante imperio, Jus admi-

adminiſtrandi Imperii, Jura Feuda conferendi, & negotia cætera diſponendi Palatino Rheni debeantur.

(9.) Indeque rejiciebatur & ut nulla declarabatur *Clementina Paſtoralis 2. de Sentent. & re judicat.* in quâ, *verſic. nos tam*, circa finem aſſeritur: *Pontificem habere Superioritatem ad Imperium, & vacante Imperio Imperatori ſuccedere.* Conſpiciuntur illa Ludovici & totius Imperii Edicta, atque Conſtitutiones apud Goldaſt. *tom. Conſtitut ſæpius laudat* 3. *fol.* 409. *& fol.* 411. Jung. Albert. Crantzius *in Saxoniâ lib.* 9. *cap.* 19.

(10.) Quumque Anno milleſimo, trecenteſimo quadrageſimo quinto, Legati Cæſaris Ludovici IV. Avinione reverterentur, mandataque & Scripta Pontificis Clementis VI. ad Auguſtum perferrent, quorum hæc ſumma erat: Cæſar Wilhelmum Occumenſem Hæreſiarcham, ejus Collegas, & ſocios Pontifici Maximo dederet, decreta adverſus Johannem XXII. retractaret, Acta reſcinderet, opprobria recantaret, Edicto perpetuo publico ſanciret, Imperium beneficium eſſe primarii Sacerdotis, nec ante Cæſarem eſſe aut vocari, quàm Papa autor fieret, Cæſar Francofurdiam Proceres Imperii convocabat, mandataque Pontificis recitare jubebat. Decernebatur poſtulata eſſe prava, inepta, antiquata, argutiora denique eſſe, quàm ſimplicitati Chriſtianæ, atque Majeſtati Reipublicæ conveniant, adeoque irrita, vanaque declarata ſunt.

(11.) Hoc non attento, Archiepiſcopi quidam, aliique Imperii Proceres, nummis Pontificiis adducti, Cæſarem Ludovicum deſerunt, & Carolum illum, Regis Bohemiæ filium, Imperatorem deſignant. Quo cognito Imperator concionem Imperii Procerum Auguſtæ Nemetum cogebat, ibique Pontificis faſtum, Statuum quorundam, & Caroli perfidiam proponebat. Tota itaque concio, ſine ulla cunctatione, conclamabat: Ludovicum rerum potiri, Ludovicum à Deo Imperatorem eſſe conſtitutum, ſeque in ejus poteſtate futuros; perfidiam denique paucorum execrati, Carolo verbis innominatis malè precabantur, denuò Sacramenta Ludovico Principes & Civitates Imperiales certatim dicebant, dabantque fidem, ſe operam daturos, ne hujusmodi flagitia inulta ſint, & Germanicæ virtuti, ab hoſtibus etiam laudatæ, tanta illinetur macula.

(12.) Poſt obitum Ludovici Vti Imperatoris, Clemens VI. Carolo, Bohemi Regis filio, diploma dat, poſtulatque ut Germani Carolum Eccleſiæ fidum recipiant, & nullum poſthac priùs fore Cæſarem, quàm primarius orbis Chriſtiani Sacerdos, Vicarius Chriſti, autor fiat, jurent. Inſuper abrogationem Pontificis Maximi ad Imperatorem attinere, hæreſin omnium pernicioſisſimam eſſe profiteantur: At Germani partim tergiverſantur, partim apertè detrectant atque exclamant: *Usq; adeone ſervus ille ſervorum faſtu libidineque dominandi furit, inſanit, atque in præceps abit, ut omnium ſæviſſimorum tyrannorum, quos unquam fuiſſe legimus, crimina & ſuperbiam vincere propalàm, perfrictâ fronte, contendat?* Ad compeſcendam hanc Pontificum arrogantiam & tyrannidem Imperator Güntherus, ex Domo Schvvartzburgica, ſequenti Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono, ſuffragantibus cunctis Imperii Proceribus, & approbante omni populo, Edicto publico declarat Pontificem ut ſubditum Imperii Romano-Germanici, quippe qui, juxta omnia jura divina & humana, Imperio ſubeſſe debeat nec Imperator in temporalibus illi, aut cuivis alteri ſubjectus eſſe noſcatur, adjecta pœna Criminis Læſæ Majeſtatis, qui contra hoc Edictum aliquid dixerit, aut fecerit, vel dicentibus aut facientibus conſentire præſumſerit. Videatur hoc Edictum apud Goldaſtum *tom. Conſtitut.* 3. *fol.* 414. Rationes hujus Edicti non ſunt obſcuræ.

13. Papa namque omnem ditionem ac potentiam ſuam Germanis eorumque Imperatoribus debet, & poſſeſſiones ſuas, ſalvo jure Imperiali accepit. Oſtendit hoc Fridericus Imperator fusè Regibus & Principibus mundi in Edicto Anno milleſimo duceteſimo triceſimo nono apud Goldaſtum *tom.* 3. *Conſtitut. Imperial. fol.* 383. *ſeqq.*

